27/50

70

2010 Ministerio de Cultura

9-6-30

8-24-5

2010 Ministerio de Cultura

Est... 2... Tab... 6ª... Num... 34.

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

DE COMETIS,

Et prodigiosis eorum portentis, libri quatuor.

Ad Illustrissimum. D.D. Bernardum Martinez de Bolea, Philippi, Hispaniarum Regis, secundi, vicecancellarium, atque Consiliarium:

¶ Francisco Fernandez Raxo, Aragonensi Medico, autore.

CVM PRIVILEGIO
Excudebat Madriti Guillelmus Drouy, Typographus.
Anno. 1578.

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

VIDI *quatuor libros de Cometis, & prodigiosis eorum portentis, Francisco Fernandez Raxo, Aragonensi Medico, authore: cuius ingenium tale est, in hoc opere, vt calumnijs vulgarium & imperitorum aduersus astrorum scientiam doctè reiectis, veritatem, iuxtà orthodoxorum fidem, tenendam, ex doctissimorum Astrologorum doctrina, facilè demonstret: Ob eamq; rationem typis mandari oporteret. Idipsum attestor sub censurâ sapientiori.*

Madriti. 22. Maij. 1578.

El Doctor

Heredia.

2010 Ministerio de Cultura

EL REY.

POR quãto por parte de vos el Doctor Francisco Fernandez Medico, nos fue hecha relacion, diziendo, que vos auiades compuesto vn libro intitulado *De Cometis, & prodigiosis eorum portentis*, el qual era vtil y prouechoso, y en el auiades trabajado mucho, suplicãdo nos os mandassemos dar licẽcia para le poder hazer imprimir, y priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamẽte sobre lo suso dicho hecha dispone, fue acordado, que deuiamos mãdar dar esta nuestra cedula en la dicha razõ, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licẽcia y facultad, paraq̃ nos, o la persona q̃ para ello vuestro poder vuiere, y no otra persona alguna, podays hazer imprimir y vender el dicho libro (que de suso se haze mẽcion) en estos reynos, por tiempo y espacio de diez años cumplidos, primeros siguientes, que corren y se cuentã desde el dia de la fecha desta nuestra cedula: So pena que qualquier persona que sin tener para ello vuestro poder, lo imprimiere o vendiere, o hiziere imprimir, o vender, pierdan toda la impresion que hizieren y vendieren, cõ los moldes y aparejos della: y mas incurran en pena de cincuẽta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren. La mitad de la qual dicha pena sea para la nuestra Camara y fisco y la otra mitad para vos el dicho Doctor Francisco Fernandez. Y todas las vezes que se vuiere de imprimir el dicho libro, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, se traya al nuestro Consejo, con el original que con el fue visto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del, de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de Camara, y vno de los que en el nuestro Consejo residen, paraq̃ se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se os de licencia, para que lo podays vender, y se tasse el precio en que se ha de vender cada volumen, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas

2010 Ministerio de Cultura

das en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y otras qualeſquier juſticias deſtos nueſtros Reynos, que guarden y cumplan y executẽ, y hagã guardar, cumplir, y executar eſta nueſtra cedula, y todo lo enella cõtenido. Fecha en ſant Martin de la Vega, a ocho dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y ſetenta y ocho años.

YO EL REY.

Por Mandado de ſu Mageſtad,
Antonio de Eraſſo.

2010 Ministerio de Cultura

NOS DON FELIPPE, POR la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Leon, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaẽ, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, delas islas de Canaria, y de las islas, Indias y tierra firme delmar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, Brabãte, y de Milã, Cõde de Barcelona, de Flandres, y de Tyrol, señor de Vizcaya y Molina, Duque de Athenas y Neopatria, Conde de Ruyssellon y Cerdañ a, Marques de Oristan y de Gociano. Por quãto por parte de vos el Doctor Frãcisco Fernãdez Raxo Medico nos ha sido fecha relaciõ, diziendo q̃ aueys cõpuesto vn libro, intitulado De Cometis & prodigiosis eorũ portẽtis, y q̃ es vtil y prouechoso, y en hazelle aueys puesto mucho trabajo. Por lo qual nos hizistes suplicar, os diessemos licencia para podello imprimir en los Reynos y señorios de la Corona de Aragon: con prohibicion, que ninguna persona, sin vuestra expressa orden y comission, lo pueda hazer por tiempo de diez años, o por el que nuestra merced fuesse. Y nos entendido lo sobre dicho, ante todas cosas mandamos veer, y reconoscer el dicho libro al Doctor Heredia nuestro Capellan, y constandonos por su relacion ser vtil, auemos tenido por bien cõdeceder a vuestra suplicacion. Porende, cõ tenor delas presentes, de nuestra cierta sciencia, y Real auctoridad, damos licencia

2010 Ministerio de Cultura

cencia, permisso, y facultad a vos el dicho Doctor Francisco Fernandez Raxo, y a la persona que para ello deputaredes, o vuestro poder tuuiere, que podays hazer imprimir en los dichos nuestros Reynos y Señorios de la corona de Aragon, o en qualquier parte dellos, al Impressor, o Impressores q̃ quisieredes, el dicho libro intitulado De Cometis & prodigiosis eorũ portẽtis, prohibiẽdo segun q̃ cõ las presentes prohibimos, q̃ ninguna otra persona lo pueda imprimir, ni vender, ni lleuarlos impressos de otra parte a vender enlos dichos nuestros Reynos y Señorios dela corona de Aragõ: sino vos, o quien vuestro ordẽ y poder tuuiere, como dicho es, por tiempo de los dichos diez años: contaderos del dia de la fecha de las presentes en adelante: so pena de dozientos florines de oro de Aragon, y perdimiento de moldes y libros, diuidiera en dos partes, vna a nuestros Reales cofres, y otra para el acusador. Cõ esto empero q̃ los q̃ vuieredes hecho imprimir en los dichos Reynos y Señorios de la corona de Aragõ no los podays vender, hasta q̃ ayays traydo a este nuestro sacro Consejo, q̃ cabe nos reside vn libro de los impressos, juntamente cõ el q̃ yra rubricado y firmado del lugarteniente de nuestro Protonotario infrascripto: paraque se vea y compruene si la dicha impression estara conforme al original por nos mandado ver y reconoscer. Mandãdo con el mismo tenor de las presentes, de la dicha nuestra cierta sciencia y Real auctoridad, a qualesquier lugartenientes y Capitanes generales, Regẽtes la Cãcelleria, Regente el officio, y portãtes vezes de general Gouernador: Alguaziles, Porteros, Verguetes y otros qualesquier officiales, y ministros nuestros mayores y

2010 Ministerio de Cultura

menores, en los dichos nuestros Reynos y Señorios constituydos, y cõstituyderos, y a sus lugartenientes los dichos officios, so incurrimiento de nuestra yra e indignaciõ, y pena de mil florines de oro de Aragon, de los bienes del que lo contrario hiziere exhigideros, a nuestros Reales cofres applicaderos, que la presente nuestra licencia y concession, y todo lo en ella contenido, os tengan, guarden, y observen, tener, guardar, y observar hagan sin contradicion alguna, y sin dar lugar, ni permitir que sea hecho lo cõtrario en manera alguna, si allende de nuestra yra e indignaciõ, en la pena sobredicha dessean no encorrer. En testimonio de lo qual mandamos despachar las presentes, con nuestro sello Real comũ en el dorso selladas. Dat. en sant Lorenço el Real, a veynte y cinco dias del mes de Mayo, año del nascimiẽto de nuestro Señor mil y quinientos y setenta y ocho.

YO EL REY.

Vidit don Bernardus, vicecancellarius.

Vidit Sentis, Regens.

Vidit Lomes, generalis thesaurarius.

Vidit Terçà, Regens.

Vidit Cãpi, Regẽs.

Vidit Pla, Regẽs.

Vidit Talayero, pro conservatore generali.

Dominus Rex mandauit mihi Didaco Talayero, viso per dõ Bernardũ, vicecancellariũ, Comitem, generalem Thesaurariũ, Sentis, Campi, Terçà, & Pla, Regentes Cancellariam: & me, pro conservatore generali.

PRAEFA-

2010 Ministerio de Cultura

PRAEFATIO

IN LIBROS DE COMETIS: IN QVA CALVMNIAE VVLGARIVM ADuersus astrorum scientiam respuuntur: Veritas eius tenenda demonstratur: & quid in vniuerso opere scribendum sit proponitur.

(✱)

Sæpiùs ventis agitatur ingens
Pinus: & celsæ grauiore casu
Decidunt turres: feriuntq; summos
Fulmina montes. Inquit Horatius.

Horat. lib. 2. carmi. Ode. 10.

CVIVS sententia manifestè docemur, excelsa, & sublimia quæque, impetuosioribus flatibus, & vehementioribus concussionibus esse obnoxia. Ita enim naturâ comparatum est illustribus huius sæculi hominibus, sublimioribusq; rebus: vt generosorum inge-

¶ 5

ingeniorum admiratione afficiantur, & vilium animorũ inuidia perpetuo concutiãtur. Quę quidem notabilia duo, ad maiorem mundi perfectionem, fuere perpetuò necessaria. Generosorum quidem admiratio, vt magnifica quæque conseruarentur, augerentur, & imitarentur: vilium tamen animorum inuidia, vt detractionibus, obiectionibus, & vilipensionibus, concussa, limarentur, ac, veluti cribro agitata, cribrarentur. His rationales artes auctæ sunt oppugnationibus: his lustratæ mechanicæ: his est Philosophia culta: his moralia quęque, atq; politica, ad summum fastigij culmen deuenêre: & quò res, aut scientię illustriores sunt, eò maiores, ac plures habent & admiratores, & obtrectatores: velut astrorum diuina peritia, quam pater Noe (referente Berofo) filiis successoribus docuit, per menses annum distinguendo: prædicens illis (vt idem ait) ab initio quid in anno, & eius cardinibus, esset futurum. Ob quæ illum esse existimarunt diuinæ naturæ participem. Qua propter Olybama, & Arsa (id est, cœlum, & Solẽ) cognominauere, illiq; propterea ciuitates plures dedicauerunt. Quare, si sublimia quæq; ac illustria, eiusmodi solent aculeis, ac infortuniis agitari, astro-

2010 Ministerio de Cultura

astrorum peritia, in tanta celsitudine, & antiquitate constituta, quo modo (vt illã fileam, quæ admiratione fit perfectio) ingenia maleuolorum turbida, inuidorum tumida, & ignorantium inepta fugere poterit? Quorum ingentem copiam hoc nostrum infœlix produxit sæculũ. Alij enim principia quædam Astronomica vix (imò ne vix quidẽ) intelligentes, tám contumelioso, & turbido pollent ingenio, vt totam diuinam scientiam, audacissima loquacitate garrientes, conentur subuertere. Alij inuidia concitati, & astrorum scientiam, & in ea peritos, quid vanum, futile, & nullius vsus esse per domos prædicent. Quod si alicuius foret momenti (aiunt) credendum non esse ꝙ ipsi in ea doctissimi non fuissent: verùm eam esse scientiam non suæ, sed minoris autoritatis hominum: Autoritatem scilicet scientiæ detrahentes, & in ignorantia eam reponentes. Alij ad tàm densas ignorantiæ tenebras deuenêre, vt Eclipsium consideration em, Cometarum obseruationem, & siderum speculationem prorsus irrideant: dicentes, se nunquam inuenisse Eclipsim maiorem nocte, &, quia nox nihil mali affert, ideò

2010 Ministerio de Cultura

neque Eclipsim futurum aliquod malum portendere. Sed neque Cometam maiorem Luna, aut Sole: ideoque ampliùs, quàm illi, nihil Cometam significare. Addunt etiam ex maxima suorum ingeniorum caliginosa profunditate, Cometas præterita (quandoquidem exhalationes sunt, quæ ex terra abierunt) & non futura significare. Obseruationem siderum irridentes, dies criticos in lãguentibus obseruant, & nouilunia, ac plenilunia, in temporum mutationibus inquirunt: idipsum, quod reprehendunt, agentes, propriamq; vocem ignorantes. Dicunt etiam, magno sui ingenij (prout eorum fert intellectus) ratiocinio ducti, si in ea hora, qua, Cæsar natus est, nati fuissent multi, nonnè oportebat eos omnes, sideribus ex æquo influentibus, Cæsares esse? Sunt tamen omnes eorum obiectiones tà crassæ, stolidæ, & à Philosophia alienæ, vt inuiti earum quasdam scribamus, & erubescentes respondeamus: Nonnè oportebat eos & efficientem, & materialem, & omnes causas contemplari? Nonnè stolidi vident, eundem Solem, in eodem loco, cœli tractu, & tempore, in diuersis materiis diuersa operari? Ceraimq;

ramque eius radiis liquescere, & lutum durescere. Imò, si ceram albam, citrinam, & picem, eisdem Solis radiis, eodem loco, & tempore, appositerint, quanquàm materiæ sint substantiæ finitimæ, alia magis, alia minùs, aliá parùm, aut nihil liquari? Pari ratione equus ex equa equum, ex asina verò mulum generat: vna, & eadem cum sit efficiens causa. Qualis ergo (obsecro) caliginosa cæcitas hæc, & ciusmodi alia, de media Philosophia petita, exempla, eos contẽplari non sinit? Pari etiam ratione, si Cæsaris & agricolæ filij, eodem oriantur instanti (quod difficillimum erit) aut agricolæ filius, sine Cæsaris comparatione, fœlici natus sit astro, & Cæsare genitus imperij corona laureatur; nonnè, secundùm patientis aptitudinem, & materiæ dispositionem, sat erit agricolæ filium consulem, vel gubernatorem creari (quod indies experimur) tantùmque fœlicitatis illi in consulatus, vel gubernationis assecutione, quantùm filio Cæsaris in Imperij coronæ adeptione tribui deberet? Verùm quid moror ea referendo, quæ intellectui (vel rustico) nisi alia, hominum intellectus obcæcantia, admiscerentur, peruia essent, & plana?

Vt

2010 Ministerio de Cultura

Vt turbidis tamen hiſce ingeniis, veritatis ſerenitate, nubila, & nebulas (ſi ipſi permiſerint) arcere poſsimus, omnium, qui in aſtrorum peritia acciderunt, errorum anſam, oculis eorum breuiter obiiciemus.

Vide. S. Aug. lib. 4. de ciuit. Dei. cap. 11. Et. D. Thomã. lib. de cathol. verit. capit. 85. & 2. ſenten. diſtin. 15. q. 2.

¶ Illuſtrium quidem antiquorum tres ab initio fuere, de aſtrorum ſcientia, opiniones. Prima quidem Stoicorum: qui cœlum in nobis neceſsitate operari arbitrabantur: & quæcunque ab eo veniebant vitari non poſſe credebant. Quæ quidem cœli virtus, vocata ab illis eſt fatum. In hac opinione conuenere (vt ſcribit Cicero lib. de fato) Democritus Heraclitus, Empedocles, Ariſtides, Poſsidonius, & alij: operationes noſtras omnes cœlo, fatali neceſsitate, tribuentes. Adeò huius erroris macula inter Chaldæos & Babylonios creuit, vt debita ineffabili, ſolique Deo ſacrificia, & thura (ne dum hæc, verùm humanum etiam ſanguinem) Soli, Lunæ, cœleſtibuſq; corporibus offerrent. Quos ſummus rerum Conditor per Prophetas, præſertim per Eſaiam, aſtrorum cultores eos vocando, idcò minabatur, quia honorem, & culturam, ſummo Creatori debitam, cœleſtibus creaturis tribuebãt. Quæ quidem

Lege Philon. Iud. in libr. de migrat. Abrami. pag. 359. Item librũ de Abrahamo. pagin. 312. To. 1.

Hęc opinio eſt contra ſenſuũ, & Sanctorum

2010 Ministerio de Cultura

quidem opinio, quia Deum potiùs naturalem, quàm voluntarium, ponat, quam erronea sit, & hæretica, non solùm apud Christianam veritatem, verùm apud Philosophos, qui Deum omnipotentem, & animam rationalem, liberi arbitrij capacem, confitentur, est ita manifestum atque perspicuum, aut alia demõstratione non sit opus. Hęc est illa Astrologia quam. D. reprehendit Thom. hanc magister sententiarum respuit: hanc. D. detestatur Augustinus: hanc meritò sacræ execrantur Prophetarũ literæ: hæc tandem Astronomicarũ reprehensionũ origo fuit, & materna causa.

autoritates, vt dicitur à San-Thom. in. 2. sẽt en. dist. 5, q2

Lege. S. Aug. lib. 5. de ciuit. cap. 6. &. lib. 3. de Trinitate. & Dionisium. cap. 4. de diui. nomin.

¶ Altera fuit etiam extrema opinio, dicentium, cœlos, & sidera nihil in nobis posse: sed Deum omnipotentem solum per seipsum agere: hoc ignorantes, diuinam Dei prouidentiam, vt se magis inferioribus manifestaret, gubernationis suæ executionem causis cœlestibus quadantenus tribuisse. Hæc enim est virtus, & proprietas, quam summus Conditor, summis cœlorum corporibus indidit: quam qui tollit, eorum esse tollit. Deus enim per seipsum verè disponit omnia: nihilominùs, quoad executionem, per superiora cœlestia,

Lege Ptolem. Aph. 5. &. 8.

2010 Ministerio de Cultura

ſtia, regit inferiora terrena: vt. D. Thomas libro. 3. contra gentes, & Scotus. 2. ſententiarum diſtinctione. 4. quæſtione teſtatur. 3. Ex quibus oritur dictis, tertia media, & catholica opinio: quæ ſidera non cogere, ac neceſsitare (vt prima) nec nihil agere (vt ait ſecunda) ſed tantùm inclinare, excitare, & propenſiores homines reddere, cum Ptolemæo, Philoſophis, & catholicis Theologis, aſſeuerat, co modo, quo in quarto huius operis diximus libro. Quod. D. Ioannes Damaſcenus lib. 2. cap. 3. & ſanctus Thom. 1. part. quæſt. 115. articulo. 4. & libro. 3. contra gentes. capitulo. 92. D. Auguſtinus libro de ciuitate Dei quarto. capitulo. 5. confirmant. Licet enim Deus voluntatem noſtram moueat, & Angelus illuminet, cœlum tamen, ad opus benè, vel malè, peragendum inclinat. Tamen cùm aliquis fœlix eſt, quoad Deum dicitur benè rectus: quoad Angelum, benè cuſtoditus: quoad cœlum, benè natus. Et ita Aſtrologi poſſunt de natiuitate, ac per eam de longitudine, & breuitate vitæ iudicare: vt. D. Thom. libro. 2. de generatione propè finem ait, dicens: cùm Planetę in Periodali circulo erunt fortes, plures dabunt

2010 Ministerio de Cultura

dabunt annos: sin debiles, pauciores. Qua quidem limitatione, & sanctæ ecclesiæ Romanæ piissima correctione, omnia Astronomorum iudicia, dicta, & facta proferenda, & intelligenda fore arbitramur. Quique Mathematicas disciplinas odio prosecuntur, hac distinctione adhibita, praua, & à Philosophia aliena, reijciant (quod in aliis omnibus disciplinis reor faciendum) & quæ vera, religioni consona, & Philosophicis rationibus approbata sunt, amplectantur, colant, mirentur, ac laudent: & sanctos viros intelligant, sicut hæreticas Theologorum sententias, sic erronea Astronomorum dogmata, prosecutos odio fuisse: omniq; animi, & verborum, conatu repulisse. Verùm Philosophicam, & laudabilem Astronomiæ partem discant, & legant antè, quàm respuant: malè enim poterunt illustrem, quam non nouerunt, Philosophiæ partem reprobare. Nam, vt Plato ait, non benè iudicat de duobus, nisi qui vtrunq; cognouit. Et non plùs fidei adhibeant vni Pico Mirandulano, malè de astrorum scientia sentienti, quàm Lucio Bellantio, Senensi Medico, F. Hieronymo à Ferraria, Michaeli à Petra

sancta

ſancta, monacho Theologo, ex Prædicatorum ordine, Petro Ciruelo Darocenſi, & Franciſco Iunctino, viris doctiſsimis, eius ſophiſmata diſſoluentibus, & Aſtrologiæ veritatem docentibus. Quanquàm fatemur hoc illis, contumelioſos, turbidos & maleuolos animos plùs fidei adhibere vni maledicenti, quàm multis benè de eadem re ſentientibus. Nunc igitur, quandoquidem aſtrorum ſcientia amabilis, contemplabilis, & colenda eſt, vt Deum in ſummis operibus laudemus, qui ob ineffabilem ſuam ſapientiam (vt ait Propheta) numerat multitudinem ſtellarum, & ſingulas earum proprio nomine vocat, minimam (ſicut nos minimi ſumus) eius partem, quæ de Cometarum contemplatione eſt, ſcribere decreuimus: quam in quatuor libuit diſtinguere libros. In quorum primo de Cometarum cauſis, differentiis loco, tempore, & aliſs accidentibus agemus. In ſecundo, generalia ex Philoſophis, Sanctis, Sibyllis, Poetis, & hiſtoriis, portenta trademus: In tertio veró, magis ſpecialia, ſecundùm Planetas, ſigna, cœli domos, & loca,

in

2010 Ministerio de Cultura

in quibus fiunt: In quarto verò, methodum iudicandi Cometas scribemus. Faxit summus rerum omnium Conditor, vt ad eius laudem, & generis humani vtilitatem, omnia scribantur.

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

Ad Illustrif. D. D. Bernardum Martinez de Bolea, Regium Vicechancellarium, atque Consiliarium, FRANCISCO Fernandez Raxo, Aragonensi Medico, Auctore.

De vniuersali totius operis propositione, & Cometæ diffinitione.

CAP. I.

VIA sententias non nostras, nostrarũ nomine multas, de Cometæ & apparitione & significato per curiã vagari intelleximus, (rei grauitate maturiora consilia poscente) calamo manum non admouere non potuimus. Quò & tibi poscenti, & per te, bonarum literarũ patrono, omnibus hęc scire cupiẽtibus satisfaceremus. Quia te tamen diuino ingenio prędituum cognouimus, vt omnia cum demonstratione & methodo scire percupias: breui quidem (quia temporis angustia latiorem locum non suppeditat) & perspicua, intellectuiq; facili methodo, quid de cometa sentiamus, tibi breuiter indicabimus. Verûm, quia particularis

2010 Ministerio de Cultura

alicuius rei natura ſine vniuerſalioris naturę cognitione (vt Plato ait) cognoſci non poteſt ab vniuerſaliori. Cometarum traditionẽ orſi, generalem eorũ doctrinam ſcribentes, huius particularis cometæ anni. 1577. naturam pro exẽplo trademus. Ità, vt quid portendat mediocriter eruditus quilibet intelligere facilè poſsit. Eſt igitur cometa calidꝰ, ſiccꝰ, pinguis, oleoginoſuſqꝫ vapor: cœleſti vi ad vltimũ ſupremę aêris regionis deuectus, ibique ignis vicinitate accẽſus talem in formã præ ſe ferens: qualem accenſa materia circumſcribit. Quamquàm tamen Epigenes apud Plutarcum, Leopoldus de Auſtria. & Auguſtinus Nimphus in Ariſt. metheora aliter diffinierint. Hoc verborum circuitu deſcriptꝰ vtcumqꝫ cometes. Quũ omnes doctrinæ (vt Ariſt. ait) quarũ ſunt principia vel cauſæ, vel elementa, ex eorum præceptione cognitio fiat, atque ſcientia. Et cometæ (quorum tradere doctrinã decreuimus) ſuas cauſas habeant, & elemẽta, ab harum cognitione primũ ordiemur.

Cometæ optima diffinitio.

Plutar. libr. 3. cap. 2. de placitis Philoſo. Leopoldꝰ tract. 5.

¶ DE MATERIA ET *eius multiplici differentia.* CAP. II.

MAteria quidem elementorum, principiorumqꝫ cometæ primum vapor quidã calidus & ſiccus eſt: Oleoginoſus tamẽ & pinguis

2010 Ministerio de Cultura

guis, à cœlesti (vt Arist. ait) incitatione deuſtus. Trahuntur enim ſyderum vi vapores à ſuperficie terræ, quorum alij calidi ſunt & humidi, ex quibus ſecundum maiorem aut minorem craſsitiem, & aptiorem patientis aptitudinem, & vehementiorem, aut debiliorem efficientis vim, atq; etiam ſecundum locum, in quo fiũt naturam, vel rores, vel pruinæ, vel grãdines, vel niues, vel aquæ fiunt. Alij calidi ſunt & ſiccæ, ex quibus quidã ſunt tenuiores, & minus oleogino ſi. Quidam verò pinguiores, & oleoginoſitatis plus habentes. Ex tenuioribus fiunt fulmina, corruſcationes & fulgura, & aliæ metheorologicę impreſsiones momentaneę. Ex his verò, qui pinguiores ſunt, & oleoginoſæ fuliginis plus habent, fiunt Cometæ. In quorum vaporum attractione hoc animaduerſione dignum putaui: Quòd non omnia ſydera omnes vapores cõfuſsè & indiſtinctè trahant: Sed quędam quoſdam, & alia alios. Et quia abditiſsimę rerũ naturalium cauſę non poſſunt demonſtratione perpetua doceri, licebit earum doctrinam ſimilitudinib⁹ patefacere. Quemadmodũ igitur in hac ſenſibus obiecta natura ſympathia quadã, & antipathia ſe res mutuò attrahũt, & repuũt. Sic in illa oculis tantum intellectus ſubiecta. Et ſicuti Succinũ paleas, & Magnes ferrum attrahunt: Sic ſydera ex cõmuni vaporum maſſa alia alios, & quędam quoſdam. Et, vt ma Liber me-teo. cap. 4.

2010 Ministerio de Cultura

Aptissima similitudo, ex communi sanguinis massa assumpta.

gis simili similitudine vtamur, quemadmodum ex communi sanguinis massa per venas vniuersum corpus irrigãte, neruus, os, oculus, cerebrum, cartilago, cutis, membrana, caro, medulla trahunt quod sibi simile in ea consistit materia. Eadem ratione sydera ex vaporum congerie (quę communis est syderum attrahẽda massa) Saturnina videlicet, quod sibi familiare est attrahũt. Et eadem ratione Iouialia, Martia lia, Lunaria, & quæ ex horũ mixta natura constant, id profectò attrahunt, quod sibi simile in ea communi existit materia. Vnde fit, vt cometę omnes non eũdem fortiantur colorem, aut naturam. Sed quarum materia à Saturno, vel Saturni facultatem habentibus astris attracta est, liuidum colorem habeant, Saturniq; naturam sequantur. Eadem ratione, quę à Ioue, quę à Marte, quę à Sole, quę à Venere, quæ à Mercurio, & quę à Luna, vel ab astris eorum naturam habentibus, vel eorum aliquibus mixtam. Vnde fit, vt cometę nec eundem colorem, nec facultatem sortiãtur eandem. Quorum differentias sigillatim tradere, quandoquidem ad facultatem cognoscendã maximè conducit, operepretium erit.

¶ DE COLORVM DIFferentijs. CAP. III.

Cometæ

Ometæ igitur, qui ob éxuperantẽ Saturni naturã à cęteris colore distingũtur, ex fusco plũbeoq; colore micant: Aut si mauis obscurã & nigricãtem flãmam ędunt, liuidulumq; crinẽ ostendunt. Iouis verò color ex candore purpurascẽte constat. Martis autem cometæ rutilantem, & planè igneum colorẽ ostendunt. Solis ignem in orbẽ fert & spargit, aureumq; colorem exhibet. Veneris albicantem, vel argenteum. Mercurij quadantenus cęruleum versicolorẽq;. Luna albedine & claritate insignes, suiq; perspicuitate simillimos efficit cometas . Aëris etiam dispositio (quamquàm id ex accedenti non parũ coloris adiuuat) etli magni momenti fuerit, qui ex natura, quiq; ex aere proueniunt, colores distinguere. Distinguet facilè quiuis Philosophiæ peritus, ex colorum perseuerantia . Nam qui ab aere fiunt facilè & mutantur, & euanescunt. Nunc autem quot sint cometarum genera. Quæ singulorũ generum formæ. Quibusque notis singulæ cognoscantur, ideo venit statim demonstrandum.

¶ DE COMETARVM *generibus.* CAP. IIII.

2010 Ministerio de Cultura

COmetarũ genera (relictis Philoſophorum, & Aſtrologorum variſs opinionibus) quaſdam eorũ ſpecies inartificioſè numerantes, & ex Aſtrologis Græcorum & Arabum diſſentientiũ ſententiſs. Cùm cometę diũerſi ſint propter efficientium cauſarum diuerſitatem, à quibus diuerſæ materiæ attrahunt̃, diuerſæq; formę & colores (vt paulò poſt docebim⁹) infingũtur. Quot efficiẽtium cauſarum differẽtię: Tot erunt certè cometarum genera. Efficientes autem cauſæ ſunt ſeptem ſimplices, videlicet ſeptẽ Planetę. Cõpoſitę verò numerari vix poſſunt. Aut enim admiſcetur Saturni vis Iouis virtuti, Saturnia vi excedẽte. Et ſimiliter Martis, Solis, Veneris, Mercurij, aut Lunæ, & ſic fiunt cauſarum compoſitarũ differentiæ ſex, aut eadem mixtione aliorum Planetarum cum Saturno, aliorum vi Saturni virtutẽ ſuperãte. Et ſic fiunt alię ſex differentiæ. Aut fit ab æquali vi nullius virtute excedente, & fiunt ſimiliter ſex. Vnde ex ſola Saturni cum alijs planetis cõmixtione, cũ ter Sexies Decẽ & octo conſtituant. Totidem erũt Saturni cum alijs configurationib⁹ cometarum materiam attrahentiũ cõmixtiones. Totidẽ erunt Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij & Lunæ: quarum numerus conſtituet differentias centum viginti ſex. Eadem arte veniunt miſcen-

Septẽ ſimplices cauſę cometarũ numerãtur, Cõpoſitę vix numerari poſſunt.

2010 Ministerio de Cultura

ſcendæ trium Planetarum vires in cometarum ge
neratione, aut æqua portione, aut primi, aut ſecun
di, aut tertij vi exuperante, aut ſuperata, vel poſte-
riorum facultate excedente, Eadem methodo mi
ſcendi ſunt quatuor, eadem quinque, eadem ſex,
& tandem omnium ſeptem vim eadem arte con-
iungemus. Miſcendi ſunt etiam ordine eodem
cum ſtellis fixis Planetæ, vnus, aut plures, aut om- Pſal. 146.
nes. Vnde fiet, vt qui numerat multitudinem ſtella
rum, aut quamlibet illarum proprio nomine vo-
cat, ſufficiens ſit omnium commixtionum parti-
culares differentias aſsignare. Nobis tamen (qui ſi
vniuerſam mundi ſapientiam haberemus, ſtulti eſ
ſemus in conſpectu illius) ſat ſit methodum inue-
niſſe, qua inſigniores cometarum ſpecies venari,
diſtinguiq; poſsint.

¶ DE COMETARVM FORmis. *CAP. V.*

FOrma, per quã vna quæq; res eſt id
quod eſt, & à cęteris diſtinguitur re
bus, venit optimo doctrinę ordnie
cõſiderãda. Et primũ quidẽ quod
dat eſſe cometę igniseſt. Igne nam
q; in ei⁹ natura extincto, nullũ eſſe

2010 Ministerio de Cultura

cometa habebit, nec cometes ampli⁹ erit. Imò neq; ante formæ ignis aduentũ ciuſmodi quippiã erat. Sed tãtũ exhalatio oleoginoſa, calida & ſicca. Erit igitur ignis cometarum forma. Nunc verò quemadmodum ſub animalis genere ſpecierum ſentiẽtiũ multitudo mente concipitur: Sic ſub ignis Idea multarum ignis formarũ aggregatio cõprehenditur. Vnde fiet, vt vna ex ignis ſpecibus ſit cometes: Verum quemadmodum ſub rationali animalis forma Scithę inueniũt omnino ab Indijs diuerſi, & vtriq; Hiſpanis, & ſinguli rurſus ad ſe inuicẽ homines. Eadẽ ratione quamquàm cometarum omnium vna eſt forma, qualis eſt hominũ, Sic particularibus, accidẽtibus uè formis differunt ignes, qui in aêre fiunt. Primum quidem, qui in prima & ſuprema aêris regione generantur à ſe inuicem: & quæ in media ab his, quę in alijs fiunt regionibus. Verũ quia de ſupremę regionis ignibus, quos Cometæ nomine comprehendimus, agere tantũ nũc eſt animus, eorum ſolum formæ veniunt deſcribẽdæ. Differunt enim Solis à Saturni cometis forma, & aliarum ſtellarum cometæ ab vtriſq;. Imò & cometæ particulares eiuſdem ſyderis differunt à ſe inuicem, vt Socrates à Pithagora. His ita diſtinctis, ſingularum ſpecierum particulares formæ veniũt diſtinguendæ, poſtquàm eorum, qui ante nos ſcripſerunt

2010 Ministerio de Cultura

ferunt ſententias receſebimus. Quas, ne contume lioſi videremur, prætermittendas putauimus. Cũ enim noſtra in multis diuerſa ſit ab aliorum omnium ſententia, oportebat aut eorum dogmata refellere, aut prorſus ſilere. Verùm ne videamur, aut quos decebat non legiſſe: aut quos legimus, colimus, & magiſtros habemus neglexiſſe, breuiter cometarum formas, quæ ab illis traduntur, recenſebimus.

¶SENTENTIAE PHILOSOPHORUM & *Aſtronomorum de Cometarum formis.* CAP. VI.

ARriſt. libro primo meteo. duas tantum cometarum formas tradit dicens. Sic vſquequaque ſimili figatur forma, vocatur crinita: Si in lõgum producatur, Barbatę nomen fert. Hunc ſequitur ferè tota Peripateticorum ſchola, Caudatam quidam crinitę & Barbatæ addentes. Ptolomęus verò, vir exquiſitiſſim⁹ rationali dexteritate vſus, tres pro exẽplo tradit in conſideratione vniuerſali, Trabes, Tubę, Do-

Duæ tantũ à Peripateticis cometarũ formæ notantur.

Ptolomę⁹ in conſideratione vniuerſali.

2010 Ministerio de Cultura

lia, quas ait eſſe de natura Martis & Mercurij. Inſinuans nobis innumeras eſſe aliorum cometarum formas. Cuius nos methodũ & doctrinam ſequuti, deſcriptas cometarũ ſpecies diſtinximus. Qui Arabum ſcholam ſequuntur, nouẽ Cometarum differentias diſtinxerunt. Primum appellarunt Veru, quòd illi ſit forma ſimilis. Secundum Tenaculum, qui cometa eſt Tenaculo ſimilis, radium ſub cineritium, fumi inſtar, ſub ſe habens. Tertium Perticam, quem aiunt radium groſſum habere, ac ſi Perticam ducens, poſt ſe ferret. Quartum vocare Militem magnum, ad modum Lunæ, radium longum trahentem, & crines poſt ſe fundentem. Quintum vocant dominum Aſcone, paruum apparere aiunt cum longa cauda, cęruleo colore, radios in altum extendentẽ. Sextum *M*atutinum, vel Auroram vocant, cuius forma eſt rubea, caudam longam habens, minus tamen quam Aſcone dominus. Septimus dicitur Argentum, cuius radij ſunt puro argento ſimillimi, ciuſque claritas omnium ſtellarum claritatem excedit. Octauus dicitur Roſeus, qui rotundus & magnus eſt, in quo velut facies hominis conſpicitur, colorem inter aureum & argenteum habens. Nonus dicitur Niger, qui de natura & colore Saturni eſt. In qua-

Arabum nouem cometarum ſpecies ponentiũ opinio.

1. Veru.
2. Tenaculum.
3. Pertica.
4. Milites
5. dñs Aſcone.
6. Aurora.
7. Argẽtũ
8. Roſe'.
9. Niger.

2010 Ministerio de Cultura

quarum differentiarum diuisione auctores dupli ci modo mihi videntur defeciſſe . Primó quòd ſine methodo, & non ex generis diuiſione formarum differentias tradiderunt . Secundò quòd non particularia generalibus: Sed generalia particularibus, quibuſdam viſis cometarum formis, ſubijcere voluerint . Verùm quidquid dixerint illis & eorum ſequacibus permittentes, noſtram nos methodum ſequamur . In ea quę Claudij Ptolomæi doctrinam, nęc enim eum intelligas in aliquo defeciſſe . Quando enim ait Obſeruandas eſſe Crinitas, ſeu in deliquijs, ſiue alio quolibet tempore fuerint in conſiderationibus vniuerſalibus, quales ſunt, qui dicũtur Trabes, Tubæ, Dolia, & huiuſmodi. (eſt enim horum naturæ affectio Martiæ, ac Mercurialis proprietatis) Perſpicuè nobis indicat, vnius tantum ſpeciei compoſitæ tria exempla ſtatuiſſe. Et quando ait, & huiuſmodi demonſtrat multa alia tradere potuiſſe genera. Quãdovero inquit de natura Martis, & Mercurij: Perſpicue docet innumeras eſſe aliorũ Planctarũ, & ſtellarũ ſimplices & compoſitas in cometis formarũ differẽtias. Cuius nos doctrinã ſequuti: Septem tantũ ſimplices tradem⁹. Exquarũ mixtione cõponi multę poterunt. Poſteaq́, quæ formam extrinſecus mutare

Taxatur horum opinio duplici vicio

Libr. quadripartiti. 2. ca. 8. textu. 53.

2010 Ministerio de Cultura

tare videntur, etsi re vera non mutent, explicuerimus.

¶DE VNIVERSALIBVS

Cometarum formis. CAP. VII.

PRimum quidem intelligendũ venit: Cometas omnes in vniuersum ignis formã habere. Flãma enim sunt, quę spiritus sicci feruor est (vt Arist. ait) Proindeq; flammam ea-

Lib. 1. Meteo. cap. 1.

rum cum accensa materia Pyramidem efficere. Quod quidem singulares ignes ità perspicuè demonstrant sensibus, quod vlteriori demonstratione non sit opus. Cùm igitur in hoc omnes conueniant, quemadmodum & in luce, quã ęquant: Videndũ nunc erit. An materię substãtia, eiusdem multitudo, aut parcitas, raritas, aut densitas, sint causę varietatis formæ. Secundum materiæ substantiam videntur Cometę figura, & coloribus diuersi necessariò fore. Quandoquidem materias differentes à diuersis stellarum viribus trahi demonstrauimus. Diuersam materiã trahit Mars à Mercurio, & isti ab alijs. Vnde fit, vt quemadmodum diuersam flammam ędit sulfur à pice, quærcus à pinu, & aliæ ab alijs secundum materiæ natu ram, compactionem, aut raritatẽ, multitudinem,

Dubium.

aut

2010 Ministerio de Cultura

aut paucitatem, aut alijs huiusmodi accidentibus di uersis, sic secundum materię tractę diuersitatem, crinitæ. Exquibus perspicuè quilibet intelliget, has materię differentias planetarum viribus duci. Magis nitrosas ab ijs, qui ex sua natura facultatem eiusmodi sortiuntur, densas, raras, perspicuas, obscuras, ab illis, qui talem facultatem nati sunt, syderibus. Ex quibus liquidò constat, Cometarum formas syderum naturam imitari, & non solùm cometarum, quibus aptior est impressionibus syderum materia: Sed & elementaria. Imó & artificialia innumera opera, ab influentibus syderibus ex artificis manu propriã formam adipiscuntur. Enses enim, lanceæ, veru, calcaria, gladij, forfices, & quęcumque materialia sunt, acuta existũt omnia, sanguinis effusioni, & alijs Martialibus operibus apta. Quæ Lunæ naturam sequuntur, rotunda, perspicua, humida, plana, vt putei, stagna, fontes, argentea, vitrea, & fictilia vasa potionibus dicata. Quæ solis naturam referunt, vt coronę & dignitatum insignia, eius similiter naturam imitantur rotunditate, honoris splendore, & alijs eiusmodi solis naturam sequentibus inditijs. Quæ Venere influente fiunt, vt musica instrumẽta, figmenta, & ornatus, Veneris similiter nitorem imitantur. Quæ Mercurio influente, Mercurij versutiam, duplicitatemqùe fugere non potuerũt, vt crumenarum loculi, li

Opinio animaduersione digna. Omne enim ens transmittit sui & suarum ptiũ extra se similitudinem.

li,li

li, librorum folia, & arcarum latibula. Quæ Ioue influente excitantur, nitida, plana, à verſutiaq; aliena ſunt: vt plateæ, cœnacula, templa. Quæ vero à Saturno ſiunt, obſcura ſunt, tenebroſa & horrida: vt excrementorum ductus, ſpeluncæ, & carceres. Si igitur nõ ſolum quę naturaliter pullulãt, (quarum importuna exempla, quia perſpicua, prętermiſi) Sed quæ arte fiunt, manibuſquè libero arbitrio ſubiectis, in materia, effigie, colore, & forma naturam influentis planetę ſequuntur forma, quantò magis ea, quę nec plãtarum, fontium, rupium, conuallium, aut montiũ, vel rationalis & liberæ manus induſtria mutari poſſunt? Sed ab eadem cauſa, à qua ductę ſunt, aggregãtur, accenduntur, & informantur. Hinc igitur liquidò conſtare arbitror, Cometæ formam ex ſtellæ influentis vi, vel ſtellarum mixtione fieri. Hinc (quamquàm plurimi à materiali apparatu iuuentur) materiam copioſiorem, aut minus copioſam: compactiorem, aut rariorem, nitroſam, perſpicuam, candidiorem, aut tenebroſam vehi. Hinc rotunditatem, longitudinem, acutiem, hebetudinem, barbam, vel crines oriri. Coloris tamen diuerſitas à materiæ incenſæ differente natura: vt ſulfuris & reſinę flamma. Si igitur ex efficientis diuerſo influxu diuerſæ fiunt (vt demonſtrauimus) cometarum formæ: Tot erunt certè formæ diuerſę: quot influentium cauſarum differentię.

Labor Alchimiſtarũ, quo conãtur inferiora accõmodare inferioribꝰ.

Cõcluſio.

2010 Ministerio de Cultura

rentiæ. Quum ergo vniuerſales cauſæ influentes ſeptem ſint Planetæ: Septem erunt generales cometarum formæ. Ad quas & ad earum complicationes, & cum fixis ſtellis commixtiones, quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ futuræ ſint, reduci poterunt.

¶DE PARTICVLARIBVS
Cometarum formis. CAP. VIII.

QVæ formam igitur à Lunæ natura adipiſcuntur crinitæ, incendium habent, (ob aſpirationis ſurſum latæ raram & tenuem eſſentiam) Perinde atq; argentum albicans, inſigni flãmæ candore, & nitida iubarum diſtractione (vt ea quę argentũ) vocatur Cometes. Quod mirum videri non debet. Cùm flamma materiæ, quã depaſcitur naturam (vt dixi) plurimũ inducat. Quæ Mercurij naturam ſequuntur, criniti, parui, verſicolores, lucidi, & bene caudati conſpiciuntur. Diuerſi modè tamen ob variam perturbatamq; effumationum materiam: ex qua ſurſum coaluerunt, ardent ac flagrant: Qualis eſt, quæ barbaro vocabulo Aſcone dominus vocatur. Veneris effigiem ſequentes cometæ, pulchri ſunt, & magni, Veneris candorem præ ſe ferentes: motus celeritate Venerem imitantes, colorem pulchrũ, nitidum, & exhalationis ardentis ſyn-

Lunæ.

Mercurij.

Veneris.

ccrita-

ceritatem indicantes, cuiusmodi cometes est, qui vocatur aurora. Solis formam prę ferẽtes criniti, vultum humanum habent, breuemq; caudam aliquando ferunt, flammã ædunt purpureã, auream ue, propterea quòd materia, quæ ducitur á sole à mediocri temperato, terſoq; calore delata, apta ſit eiuſmodi flammam accendere, qualis eſt, quæ roſea vocatur.

Solis.

Martis formam nacti cometæ, rutilantes ſunt, & igneí ob fumi & ſtellæ torridam naturã, capite nonnunquam deorſum vergẽte, & cauda ſurſum ramos extendente: quales ſunt lanceæ, veru, miles. Nec mirum alicui videri debet, in aëre talia fieri: nam, quipotens eſt mentibus hominum ferrum igne mollitibus talia infigere. Quid mirũ ſi in materia arbitrio ſui influxus tantum, nullo reſpuente ſubiecta, talia conſpiciantur? In Iouis influxũ excitati cometę per lucidam, puram, mireq; candicantem materiam, ac flammam habent: qualia ſunt tenaculum, & quę ſupra igneam baſim erecta conſpicitur columna. Qui Saturni vi accenditur cometes, colore fuſco, cauda breui, capillamento per pauco, aut nullo cõſpicitur: à terreſtri vtpote & multum craſſa aſpiratione, & in ſpiſſato fumo concretus, qualis in accenſa pice vel lapideo carbone conſpicitur, vt plurimum fieri conſpeximus. Cuiuſmodi eſt cometes, qui dicitur niger. Et hæ quidem ſunt ſimplices à ſingulis planetis excitatę

Martis,

Iouis.

Saturni.

2010 Ministerio de Cultura

tatæ formarũ differentiæ. Licebit cuiuis (rationali-
methodo vtenti) Philosopho tot formarum Idæas
cõponere: quot superiùs distinximus cometarũ
differentias. Vt si quis ex Marte, & Mercurio com-
positam formam exquirere velit, talem esse inue-
niet, qualis in Trabe, & Tuba cõspicitur. Eademq;
ratione formas cometarum omnium commisce
do, centum viginti sex (vt suprà diximus de come-
tarum commixtione) fieri potuerũt, Vincente per
petuò cius formæ vi, cuius Planeta victor est. Ea-
dem ratione prodeunt in lucem formæ venientes
à Planetarum cum fixis coalitu: vt ex Martis cum
stellis Sagitarij commixtione: Clypei, & ardentia
Iacula. Qualia perhibent hystoriæ in cœlo conspe
cta fuisse anno Vrbis conditæ. 652: quãdo Marius
Theutonum, Cymbrorum copias ingentes fudit.
Eadem ratione, quos narrant Indorum hystoriæ
homines armatos agminatim in aëre dimicantes
visos, circa Hispanorum ad eas regiones aduentũ.
Et quas memorię antiquæ tradunt anno. 1558. de-
cimo tertio Kalendas Ianuarij igneas acies à Septẽ
trione Orientem versus excurrentes apparuisse. Ve
rimile est, ex Planetarũ cum Hercule, Cepheo, Per
seo, aut alijs huiusmodi constellationibus in Plane
tarum exhalationibus, vel alijs quibuslibet aptis
ab exhalationibus locis, post superiorum coniun-

Ardẽtia ja cula visa in cœlo anno ab Vrbe condita. 652.

ctiones, vel eclipſes, vaporibus aptis, delatis impreſſas fuiſſe. Eadẽ ratione fiunt Caſtor & Polux ab Aſtrologis: A maritimis hominibus Santelm⁹ vocatus cometes. Eadẽ ratione fiunt innumeræ impreſsiones, puerorum, aquilarum, ęquorum, auiũ & aliarum ſpecierum animalium formam habentium. Quarum exempla non ſolùm papyri huius anguſtias: Sed & ingentem librum implerent.

¶DE COMETARVM *accidentibus. CAP. IX.*

FOrmis ergo cometarum abundè diſtinctis, & finali cauſa in vltimũ locum relegata: De ijs, quæ cometis inſunt accidentibus ſigillatim dicamus: ab eo loco, in quo fiunt orſi. Extra tropicos contẽduntPhiloſophorum quidã generari. Verùm cùm & ratione, & experientia in alijs cœli tractibus ſimiliter peruenire cõprobet: Satiꝰ erit ſi opinionibus hiſce, quę ſenſui patẽt, repugnãtibus prętermiſsis, doctrinæ ſeriẽ inſequamur. In Planetarũ exhalationibus, & locis exhalationi oppoſitis perhibent fieri Crinitas aſtrorũ periti. Quoties Planetæ ſignificatores prędmiſſores, vel imperatores, vigẽtibus adhuc

Quo loco fiant.

huc coniũctionibus magnis, vel eclipsibus ibidẽ vel fuerunt, vel per tempora cometam promitten tia summũ ius habuerint, aut in id cœlitus conspirauerint. Nec inuenio, quod in alijs dignitatibus prædictorum essentialibus non fiant: Quoties Planetæ significatores, promissores & imperatores, vigentibus adhuc magnis coniunctionibus, vel eclipsibus, vel fuerint, vel dominium habuerint, vel Tetragona, aut opposita radicatione radicauerint. Aut per tempora cometam promittentia idẽ prestiterint. Ex cœli verò partibus in Via lactea obstellarum numerosum concursum, Septemtrionẽ versus, magis quam in alijs cœli partibus apparent. Non quòd in alijs non conspiciantur: Sed quód in his frequentiùs videantur. Ibi enim (vt ait Seneca) aëris pigri, & exhalationum est plurimum. Sole & Planetis à Polis remotis, ob radiorum imbecillitatem fumidam Crinitarum materiam sursum & deorsum dissipare & perdere haud quaquã potentib⁹. Propter quod illic cometæ potius, ac certius quam alibi gigni liberè permittitur. Vnde fit, vt qui intra Tropicos fiunt cometę, deteriores multò sint, á potentissimis causis vtpote ęditi stellarum vitam fouentem, imbecillitatem ingentem significantes cometas à magnis superioribus coniunctionibus Planetarum.

Lib. 7. naturalium quęstionũ cap. 1. & 2.

Cometæ intra tropicos deterioresesse.

Albumazar, ab eclipſibus. Ptolomæus perhibet excitari, in quibus Mars, & Mercurius prærogatiuam potiſsimum habuerint. Nõ quòd ex alijs planetis non fiant, ſed quòd ab his potiſsimum excitẽtur. Idq; perlabente decretorio tempore conſpici poſſe aſſeueramus: Nimirum quando cœleſtis cauſa præſens adhuc eſt, & viribus vegetis etiam tunc ſpirat, Idque Vere, vt plurimũ, & Autũno. (vt Philoſophorũ quidam aiunt) His namque temporibus calor Solis mediocris & temperato proximus, aſpirationes incendio oportunas ſurſum tollere, & quod eius fieri poteſt illibatas ſeruare, aptus eſt. Aeſtate enim æſtus vehementia reſoluuntur exhalationes, & diſsipantur vapores. Hyeme ob frigoris vigorem ſurſum aſcẽdere prohibentur. Quare media tempora ad exhalationes eleuãdas ſunt aptiora. Verùm Cometę ſtatutum generationis tempus nullum agnoſcũt, Sed plurimum cœlo, ac ſtellis, à quibus promiſsi fuerunt excitati ſubſeruire aſſeueramus (vt Ariſtotelis, & aliorum exempla demonſtrant) Dum ſcilicet vigent. Et in excitandis tẽpeſtatibus per anni quadrantes, vel Lunares menſes, aut quomodocumque aliter, ſummum ius ſibi aſcribunt. Durant in certo temporis ſpatio. Nunquàm ante ſeptimum diem diſparuerunt. Plerumq; finiuntur ante trigeſimum. Lõgiſsimum eorum

Duratio cometarũ

tem

tempus raro ſex menſes excedit: quamquàm & id aliquando contigerit. Narrant Euſebius & Ioſephus Cometam ſuper Hieruſalem Ioſephi tempore apparuiſſe, excidium illi portendentem, & per annum duraſſe. Qui verò apparuit anno. 1572. in Sedili Caſsiopeę duos annos durauit, nobis ſæpius intuẽtib⁹. Solet hic queri: An plures vno videri poſſint? Et An Sole lucẽte intucantur? Vſque ad quinque poſſe videri aſſeuerãt. Et quauis dici hora poſſe videri affirmant. Libr. 7. de bello Iudaico. c. 1.

Num multi planetæ ſimul videri poſsint, & ãſole lucente.

¶DE CRINITARVM *motu. CAP. X.*

RRiplici motu vehũ conſpiciuntur Crinitæ: Vno admotũ primi mobilis, qui eas pendulas ducit cum Aetere ad vltimũ ſupremæ regionis aêris, quas ſecum rapit. Altero, qui ab illo degenerãs, de imitatione eorum Planetarum, à quibus Crinitæ vel fiunt, vel incenduntur ſecundũ ordinẽ ſignorum, vel cõtra oboriri ſolet. Tertio, quo ab Occaſu ad meridiẽ: Aut à Septentrione in Occaſum, vel aliter ferũtur, via nunc recta, nũc obliqua: Aliàs celeri⁹, aliàs tardius, deformi ac errabũdo (vt ſemel dicam) motu.

tu. Quæ quidem motuum varietas à Planetę affectione certè prouenit. Vniuerſam enim ſuarũ motionum naturam (ſicut & alias omnes affectiones) à Planetis directis, Retrogradis, Stationarijs, Meridionalibus, Septentrionalibus, Aſcẽdẽtibus, vel Deſcendentibus accipiunt cometæ. A materia nõ nihil motus iuuari cenſuerunt ex Philoſophis quidam: Illa namque quantò magis attenuatur, tanto minus motui reſiſtit, ac flammę (vt ſcribit Seneca) Quò natura ducitur ſua. Aut quę trahit materia, quã depaſcitur, illac motũ tendere ſolet. Vnde (tametſi egrè deprehenſum) quartum motionis genus aſcribere quibuſdam viſum fuit. Triplici tãtum itaq; perſpicuo peraguntur motu. Cui ocium fuerit plura motionũ genera quęrẽdi, diſtinctione hac ex Philoſopho vtaſ. Quæ motu mouẽtur, vel à ſe, vel ab alio, vel abvtroq; cieri, vel pelli neceſſe eſt, &c. Nobis aũt ſat ſit, tot motionũ generib⁹ moueri indicaſſe, quot ſtellæ, à quibus reguntur vehi conſueuere, hiſq; velint nolint obedire, vt actiuis paſsiua, ſuperiorib⁹ inferiora, Quib⁹ velint nolint ancillari cogũtur. Quomodo autẽ ducantur, regãtur, & moueantur, abundè ſuperiùs demonſtrauimus, eorum, quæ in hac ſenſibus obiecta machina trahuntur exẽplo. Quod vniusHeraclij lapidis exẽplum pro mille oſtẽdet: Quandoquidẽ vel vulgatiſsimo

Lib. 7. naturalium quęſtionũ

tissimo, demediaq; plebe vocato homini notũ est, Horologijs, & Nautæ stilũ eo lapide tactum ab Vr sæ stellis: Aut illis finitimo cœli pũcto, vel inter dẽ sissimos parietes trahi. Quid multa? Nonnè Helio tropiũ, & infinita plantarum genera Solis radios, vel inter densissimas nubes reconditos sequi: etiã rusticissimi ministerijs homines quotidie seruant. Omnibus igitur his exemplis aptè cõsideratis: Cui non perspicuum fiet, Cometas à suis rectoribus, du ctoribus, & gubernatoribus motu cieri? Ab illisq; motionum varietates, vt aliorum omnium accidẽ tium differentias accipere?

Ratio quia non tantũ ex præsentia sed ex naturali participio id prouenit.

¶DE COMETARVM *cauda. CAP. XI.*

TErtio, Cometę motu considerato, Caudæ motus: tanquã præcipua illius pars in considerationem nunc venit. Verúm vnde illis coma adiũgatur, vel cauda, venit primò diffiniẽdũ. De quo nec conuenit inter Philosophos. Nec rationem, aut causam in illis inuenio: quę probabiliter satisfacere intellectui (vel mediocri) possit. Aristot. enim eo modo, quo id, quod exhalat figurari contingit: Eo formari Cometem intelligit. Cęteri verò, vel Astrologi, vel Philosophi, hoc idem, aut ex ra-

diorũ Solis in corpore cometæ refractione caudã fieri vel barbã contendunt. Quòd perpetuò in oppositã Solis partẽ cõſpiciatur. Alij pro ſtellę efficiẽtis motu in Epicyclo ad hunc, vel illum tractũ caudam extẽdi cenſuerunt. Hoc animaduertẽtes: Caudam ſine Martis mixtione aduenire nunquam. Et, meo quidem iudicio, nec ſine Mercurij præſentia. Cùm Mercuriales cometę proceritate cęteros antecellant. Quas omnes ſententias ocioſioribus me examinandas relinquo. Mihi autem ſatis erit, quæ ſuperiùs demonſtrata ſunt, in mentem reuocare: formas ſcilicet cometarũ, ſiue Criniti ſint, ſiue Barbati, longi, rotundi, ſiue comati à ſidere efficiente comam, caudam, vel aliam alterius ſpeciei figurã accipere. Hoc pro certo habẽtes, materiam barbę, comę, vel caudæ nihil à totius corporis maſſa differre: niſi raritate tantum: Proindeque minus lucere. Quòd ſi Solem cauda vel barba non reſpicit: Ideò euenire reor, quòd aut portio materiæ rarior, quæ eſt Solem verſus ad corpus vſque cometæ, radiorum ſolarium vi abſumatur, atq; diſsipetur: Aut forte, ſi aliqua eſt ibi Antipathia cum radijs ſolarĩbus, leuis & rara materia comarum exiſtens, facilè in contrariam partem retruditur. Conſiderandum deinde erit. Caudæ motum: Aut ſequi motũ cometę, aut nõ. Si motũ cometę non ſequitur: Aut

mo-

mouetur cometes cauda manente immota. (vt patet ex hyſtoria illius, quam Ioannes de Monte regio obſeruauit) Cuius caudę in diuerſa motuum cometæ varietate perpetuò Geminorum ſtellas inſpexit. Aut mouebitur cauda, cometa immota manente, cuius exemplar memini legiſſe nunquã. Aut mouentur vno motu Cometes, & alio motu cauda: quarum motionum cauſam longa indagatione fatigatus nondum inueni: Præter eam, quæ à ſidere, vel ſiderum commixtione fit. Quare autem quidam fixi, aut immoti permanent, (vt ille, qui anno. 1572. in Sedili Caſiopeæ apparuit) In promptu cauſa eſt. Quia ſtellam fixam potiſsimum habuit, vel auctorem, vel pædagogum.

¶ DE FINALI COMETA *tarum cauſa.* CAP. XII.

DIximus hucuſque de cometarum cauſis, & affectionibus: Præterquã de finali. Cuius cõſiderationem in hũc locum relegauimus. Finis eſt, cuius gratia cętera fiunt. Eius autem duas ſpecies diſtinxere Philoſophorum pleriq;. Vnam quidem vltimi effectus. Aliam vero mediorum ad effectum tendentium.

Finis cometarũ vltimus eſt, vt exhalationes à magnis cõiunctionibus, ecliplibus, vel aliſs malignis ſiderum conuerſionibus: Quas terra infecta, ac velut morbo aliquo turgens, grauiſsimoq; affecta, inſtar criſis, expellit. Quibus nõ expullis, terręmotus, incendia, inundationes, tempeſtatum furores, regnorum, ac legum mutationes, fructuum corruptiones, peſtes, animalium repentinæ mortes, & immaturus tandem Vniuerſi finis erat certè futurus: Nili in ſuprema aêris regione congregarentur, comburerentur, & euaneſcerent. (ablata à mũdo maiori parte, eminentis periculi cauſa.) Cuius magnitudinem vel ex his euentibus, qui ſequũtur cometes, coniectari licet. Si enim maior exhalationis pars in ſublime delata exiguum, quod ſupereſt, terręmotus, tempeſtates, regnorum mutationes, incendia, ſeditiones, fructuum corruptiones, legum mutationes, & peſtes efficere potens eſt, (vt experientia quotidiana docet, & hyſtoriæ earum rerum, quę poſt Cometarum apparitionẽ venére, indicant) Si ſe his criticis expullionibus mũdus non exoneraſſet, quid nobis & illi eſſet futurum? Alter finis Cometarum eſt non ita vltimus, quem Summus Conditor rebus naturalibus diuinitus impreſsit. Vt ab eo præmoniti calamitatum eminentia pericula pręcaueremus: Niſi nos rationis

nis hebetudo, & mali Genij perſuaſio obcœcaret. In tantam enim ſtoliditatem hæc duo quoſdã adduxerunt: Vt tantum ſtellarum ornatum: Tam crebras Lunę, & aliorum ſiderum mutationes: Solis & errantium ſtellarũ defectus, Eleuationes, ac ſuppreſsiones Cometarum, & prodigiorum appari-tiones, caſu quodam, & non Summi Creatoris ineffabili conſilio condita fuiſſe arbitrẽtur. Etiam ſi legerint Regnorum, & aliarum magnarum rerũ mutationes, Luminarium defectus, Superiorum cõiũctiones, Comerarũ, aut prodigiorum apparitiones præceſsiſſe.

Stolidos efficit ignota huiꝰ doctrinę vtilitas eiꝰq; modica remuneratio eſt in cauſa.

(✠)

De

De generalibus Cometarum effectibus Liber. 2. Francisco Fernandez Raxo, Medico Aragoniensi, Auctore.

De euidentia signa, quę nos mouent, res naturales ad effectus moueri.

CAP. 1.

CONSTITVIT Summus rerũ omniũ Conditor hominẽ (opus sanè ppetua admiratione dignũ) ex corpore naturali, & aĩa diuina, præter naturã miraculosè creata. Partibus quidẽ natura remotissimis: Verũ naturali vinculo colligatis. Opificiũ tale, cui⁹ altera partiũ diuina ꝑrsus existeret. In cui⁹ beneficiũ visibilia quę́q́, & inuisibilia, cęli ambitu cõprehẽsa, creata sunt omnia. Tale rursus per Cõditoris electionẽ existens, (quãq̃ certioris scientiæ fides nobis concessa diuinitus nõ esset) rationi consonũ erat, illud summi boni gratia conditũ tantũmodo fuisse: A quo bono nullũ ampli⁹ est desideriũ, non quies, nõ bonũ, nec cogitationũ oĩum plenus finis. Voluit tamen per media huius diuinæ compositionis,

tionis,

tionis illuc adſe nos duci. Cui ideo partes clemẽtares iniunxit, vt affectiones mundi ſentiremus, & per voluptatem & dolorem tranſeuntes illuc à diuina parte duceremur. Diuinam tamen (animam nimirum rationalem) indidit partẽ liberi arbitrij capacem, quò per voluptatẽ, & dolorem permeãtes, tantum ex illis corpus capere pateretur, quantum ſatis eſſe ad viaticum peragẽdum ſufficiens ſibi videretur. Statuitque hominem dolores, & quę ſenſum offendunt natura fugere, voluptates amplecti, noxia pręcauere, vtilia procurare. Hinc ea omnia, quę ſubter humum in viſceribus maris, & terræ, aêris, & cœli, & quę ſuper cœlos ſunt, contẽplari. Tam voluit huic diuinæ parti ſubiecta omnia fore, vt nihil ſine cauſa in vniuerſa mundi machina fieri poſſet, diuina quadam lege naturis ſingulis ſanciret. Vt dum ad præcipuos cauſæ naturalis effectus mouerentur, per euidentia quædam accidentia, animantibus præuia, illuc tranſirẽt. Quæ quidem accidentia Signa à Philoſophis fuere nominata. Quibus ante effectuum aduẽtum futuros caſus intelligerent, & pręcauerent homines. Et hinc fit, (vt exemplo cõmuniſsimo vtamur) Quod pluuijs, vel tempeſtatibus inſtãtibus, ea nos pręueniant ſigna, quæ Philoſophi longa verborũ ambagine, & Virgilius breuibus hiſcè verſibus ſcripſit.

Atque

¶ *Atque hæc, vt certis possimus dicere signis,*
Aestusq; pluuiasq;, & agenteis frigore ventos,
Ipse pater statuit quid menstrua Luna moneret.

Et vt solum quędam pro exemplo tradamus eorũ, quę per ocium quilibet legere poterit, ait paulò post.

¶ *Sæpè etiam stellis vento impendente videbis.*

Et paulò post.

¶ *Aëriæ fugere grues: aut Bucula cœlum*
Suspiciens, patulis captauit naribus auras.
Aut arguta lacus circumuolauit Hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpiùs & tectis penetralibus extulit oua,
Angustũ formica terẽs iter. & bibit ingẽs arcus, &c.

¶ MVLTA alia prętermitto, quę à Philosophis, & à Poëtis philosophicè traduntur. Vberrimã enim Summus Conditor apposuït nobis omnium rerum, quæ ad nos pertinent diuitiarum mensam. Et (vt exempli eiusdem continuata serie vtamur) quòd sapientes cognoscerent pluuiarum & tempestatum aduentũ permisit eos intelligere Tetragonos, Diametros, & congressus Solis, Lunæ, & aliorum errantium, & fixorum siderum, pluuiarũ, & alias

Sapientibus cõcessit summ⁹ conditor in scientia futurorũ signa. In-

& alias aêris mutationes effectores. Minus sapien tibus dedit signa in circumferentijs Solis, & Lunæ. Pastoribus in concussione vellerum ouium. Agricolis in concussione aurium animaliũ, præsertim asinorum, ad quas culices, aêris humiditatem sentientes refugiũt. Nec voluit mulieres intra domesticos parietes pensulas trahentes eiusmodi signis priuari. Nã & hæ cõspiciunt gallinas rostro ad turbidos Solis radios pediculos inter pẽnas queritare. Et vt ait Poëta. Scintillare oleũ, & putres cõcrescere fungos. Longiori vti exemplo placuit propter quosdam (illis, qui aurium concussione pluuiã ventura demonstrãt, stolidiores), Qui nec cœlũ quidem conspiciendũ existimant: vt Summum omnium rerum Cõditorẽ in suis operibus laudemus. Et omnia quæcunque fiunt extraordinaria signa alicuius nouæ causę, nouique venturi effectus fore inditia contemplemur. Et quo illa fuerint horribiliora, grãdiora, rariusque visa, eo esse magis metuenda. Sed iam ad nostrum institutum reuertamur, quandoquidem generalẽ eo metarum considerationem scribere decreuimus, vt hinc ad particularia paulatim gradiendo descendamus.

sapientibus patentia signa. Pastoribus & agricolis in animantib⁹ pluuias & tempestates, vt cognoscerent venturas.

CAP.

¶ CAP. II.

EMonſtrauimus igitur ſuperiori parte, quæ ſint Cometarum cauſæ, quæ accidentia: Qui num ſint eorũ effect⁹ venit ſigillatim demonſtrãdum. Ità enim natura comparatũ eſt, aut à ſummo potius conditore ſtabilitum, Vt omnis cuiuſuis generis effectus, præexiſtentis cauſæ perpetuò ſit effectus. Et ſine cauſa in rerũ natura oriatur nihil. Cauſas deinde omnes, Dum ad præcipuos effect⁹ excitãtur, alios inter medios (vt alibi dixi) producere effectus: qui accidentia, & ſigna fuere à Philoſophis nominata. Qualia ſunt futuræ pluuiæ tradita inditia, quorum Signorum cognitio mirabilẽ futuri effectus exhibet notitiam. Eius verò prudentem prolationem, Præſagium, Prognoſticum, & Prædictionem vocauere literarũ periti. Quo euidenti demõſtrationis principio poſito, diſtinguendum venit: An cometæ præcipuè ſint illorum effectuum (quos illis atribuunt) cauſæ. Aut potius ipſi ſint reconditarum cauſarum effect⁹. Aut media quædam inter abditas rerũ cauſas & effect⁹, inter poſita ſigna. Magnarum enim coniunctionũ, & eclipſium effectus præcipui ſunt infor-

Præſagiorum cauſa & nomina

2010 Ministerio de Cultura

infortunatis, infectis, à prauis, eius temporis irradiationibus terram inficere, quàm benignis, suauibus, fortunatis, & blandis aspectibus per Zodiacũ diuagantes stellæ fouebant. Ex terræ infectione inficiuntur plantæ, & terrę nascentia, ab ea per radices alimenta sugẽtia: Ab his deinde fructus alimẽta infecta à matribus capientes. Ex fructibus & terrę nascentibus inficiuntur pastu animalia. Ab his omnibus demum homines, in quibus tale infectionis genus conspicitur, quale siderum cõcursus primæ horum omnium causæ excitarunt. Vnde fit, vt non vnum sit infectionis genus, nec vna effectuum Idea: sed interdum ex hac infectione, infectis hominum humoribus, oriantur pestes: animis eadem infectione deprauatis, emergunt seditiones publicę, legum & aliarum rerum mutationes. Terra verò eiusmodi pestifero veneno quasi turgida & affecta, velut si morbo aliquo pestilenti & acuto laboraret, ceu crisi, nititur expellere tantum superfluitatis onus, quod aliquando ad recondita terrę latibula trudens, terræmotus excitat. Aliquando cadẽ ratione aquas inficit, aut alias eiusmodi calamitates prouocat. Interdum eadem sidera, quæ per magnas coniunctiones, vel eclipses terrę superficiem infecerunt, quos suis similimos incitarunt halitus, ob substantiæ familiaritatem, ad se trahunt, duran

Quo pacto inficiãtur homines.

Cùm emm homo cõpendium sit omniũ rerum, illis infectis inficit & ipse.

2010 Ministerio de Cultura

te in sublimi influentium liderum virtute. Et ea ratione exhalationes adducunt, quas mundus, velut manu adiutus, crisis instar, (vt dixi) copiosè & affatim expellit. Exhalationes autem eiusmodi cum locum scandũt, quem natura substantię tenuitate illis simillimum fecit. Quare, quia tenuiores sunt aêre, omnes aêris regiones permeãt: quia verò crassiores sunt igne, infra ignis regionem locantur. Ex quib⁹ liquidò patẽt exhalationũ (ex quibus cometę cõflantur) loca. Quæ (vt anteá demõstraui) causę efficiẽtis naturam sequũtur. Ex quibus natura rursus viceuersa causæ efficientis differentia (prout viribus humanis concessum est) venari poterit. Perspicuum inde reor, omnibus cometis signa quædã esse, quibus superiorũ coniunctionũ effectus, & eclipsiũ euẽtus cognosci possint. Nec ideò volo lectorem intelligere, effectu prorsus cometas priuari, sicut nec absolutos eos habere affero, sed velut adiuuantes & implẽtes: Stella enim est, quę aërem corrũpit. Verũ cometes tãquã eius partus ac fœtus similem similiter aêri corruptionẽ impertitur. Adde etiã q̃ antipariſtasi quadam frigora, ventos, nimbos, & grandines excitat. Inuisibiles prætereà cineres à tanto prodeũtes rogo, præsertim vbi verticalis existit. Verisimile est aêrẽ, (quẽ velim⁹, nolim⁹, inspiramus) aquas, terras, animalia, plantas, praua

Cometarum locus elegãti ratione probatur.

eius

eius qualitate inficere. Multó verò minus, q̃ exhalatio pinguiori eius parte, in qua perniciosius delitescit virus, igne cõsumpta. Sequitur igitur, cometarum effecta eadem esse, quæ causarũ efficientiũ cuenta. Nã quales sunt in cœlo stellarũ sedes, motus, aspectus, & radij, Talia deorsum abdita via instillãt, ac seminãt cuenta. Quare cũ dixerimus talia cometas significare, eo modo intelligẽdũ venit. Conclusio

¶ GENERALIA COMETARVM *significata ex Philosophorum, Sanctorum, & Poêtarum auctoritate.* CAP. III.

COmetarum autẽ effecta, seu significationes, alię generales sunt, alię speciales. Generales aũt meliùs, q̃ antiquorũ autoritate Philosophorũ scribere me posse, nõ arbitror. Arist. li. meteo. 1. Crinitarũ cõstitutionẽ ait igneã esse. Eo argumẽto ꝓbatur, quòd cõplures exorti manifestum præsagium faciunt ventorũ & squalorum. Et paulò post, quoties crebrę, & frequentes effulgẽt, toties anni tũ sicci, tũ flatuosi, perspicuè consequũtur, ait. Quũ aũt rariores, & magnitudine obscuriores flagrant, contrà fit. Seneca lib. 7. natura. quæstio. ex Aristo. ait: Cometas Arist. lib. 1. Meteo.

Seneca libr. 7. naturaliũ quęstionũ.

2010 Ministerio de Cultura

significare tempestatem, & ventorum ac imbriũ intemperantiã. Plinius similiter ex Aristotelis sententia ventos ab eis graues, æstusque significari, ait: Verùm addit terrificum esse magna ex parte sidus. Horum sententias ferè sequitur tota Philosophorum schola: addentes his præsagijs bellorum, commotionum, litium, traditionum, ac principum decessuum esse causam. Ea potisimũ ratione, quòd tempore generationis Cometæ, prædominatur calor, qui humores incendendo, animos ad huiusmodi excitat, & principum teneriora delicataque corpora facile inficit: propterea aque, eorum mortes (vt dixi) significare. Quod quidem ita receptum ac decantatum inuenio inter eos, qui se hodie Philosophos profitentur, vt si quis ex altiori cõtemplatione, aliquot particulares ac certiores addat causas, superflue adhibitas non vereantur contẽdere. Verùm permittamus eos in sua cæcitate versari, & permittant nobis vniuersalia Sãctorum, & Patrum antiquorum iudicia sequi. Venerabilis Beda lib. de natura rerum sic de Cometarum significatis ait. Cometæ sunt stellæ flammis Crinitæ repẽte nascentes, regni mutationem, aut pestilentiam, aut bella, aut ventos, æstusue portendentes. Diuus Gregorius in. 21. Lucæ caput, homilia prima sic ait, quia hæc non longè absunt, ex ipsa aëris mutatione

Principũ delicata corpora inficiũtur facilè.

Venerabilis Beda lib. de nat. rerum.

D. Greg. in. 21. Luc. ca. hom. 1.

2010 Ministerio de Cultura

nc

ne colligimus, priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur ignicas in cœlo acies vidimus: ipsumq; qui postea humani generis fusus est, sanguinẽ coruscãtes. Has igneas acies ex cometarum genere esse, superiùs dictũ est. Atq; huiꝰ generis illud fuit. quod lib. 2. Machab. cap. 5. contextus, sic nobis tradidit. Contigit per vniuersam Hierosolymorũ ciuitatem videri diebus quadraginta per aêra equites discurrẽtes, auratas stolas habẽtes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorũ per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorũ motus, & galeatorum multitudinẽ gladijs districtis, & telorum iactus, & aureorũ armorũ splẽdorẽ, omniscq; generis loricarũ. Hactenus textus.

Igneæ acies visæ in cœlo sanguinẽ coruscantes.

Macab. 2. ca. 5. Videtur equites discurrentes per aëra &c.

Quæquidẽ prodigia subsecuta est tã crudelis Antiochi Regis in Iudæos tyrannis, vt nec infantibus pepercerit, nec iuuenibus libertatẽ, nec senibus dederit vitæ spatiũ, nec fœminei generis sit miseratꝰ. Toto namq; triduo erãt octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autẽ vẽnũdati. Consecuta est etiã maxima tẽpli spoliatio: Menalao enim ductore (qui legũ & patriæ fuit proditor) abstulit sacrilegus Rex mille & octingenta talenta ab ipso tẽplo. Illud etiã fuit eucntum, vt Iudaicã legem impius Rex prohiberet. Maxima itẽ Regni ampliatio tyrannicè dilatatur. Tandẽ moritur

Quid ex superiori prodigio sit euenit.

Mors Antiochi Regis crudelissimi.

2010 Ministerio de Cultura

ritur Rex ipſe Antiochus prodigioſa quadã morte, vulnẽribus vermes ſcaturientibus, tantoque fœtore, vt etiam grauaretur eius exercitus. Solennis
D. Ioann. Damaſce. ſanẽ prodigij, ſolenniſsima conſequutio. Diuus Ioannes Damaſcenus, ſic ait: Gignuntur autem & frequenter cometæ, & ſigna quædam interituum Regum, qui quidem nõ ſunt ex his aſtris, quæ in rerum initio facta ſunt: ſed diuina iuſsione opportuno tempore conſtituuntur, & diſſoluuntur. Sybilla
Sybilla Erythræa. ſimiliter Erythręa hæc de cometarum ſignificatione iam olim cecinit.

Ole ſub occiduo verè vocitata Cometes
Stella refulgebit gladij mortalibus index.
Et fames, & mortes, præclarorũq; virorũ,
Atq; Ducũ interitus, magnorũ nobiliũq;,
Maxima prætereà mortales ſigna mone-

Virgilius Georgi. primo. (bunt.

Virgilius. 1. Georg. *Nec diri (ait) toties arſere cometæ.*

Idem decimo Aeneidos.

Non ſecus aliqua ſi quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent.

¶ Quibus carminibus lugubre indicium, ac diri epithetũ cometæ addit. Lucanus autem mutare regna, aut minari bella his verſibus tradidit.

Igno-

2010 Ministerio de Cultura

Ignota obscuræ viderunt sidera noctes,
Ardentemque polum flammis, cœloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Syderis, & terris mutantem regna Cometen.

¶ Aut, vt alij legunt, minantem bella cometen:

Extant etiam apud Aratum hę physicę Crinitarum significationes.

At, si contigerit plures ardere cometas,
Inualidas segetes torrebit siccior aêr.
Namque prorumpunt naturæ legibus vltro
Experimenta soli, si iustus defuit humor,
Arida per cœlum surgentia desuper altè,
Ignescunt flammis mundique impulsa calore
Excutiunt stellas, & crebro crine rubescunt.

¶ Extant & apud Pontanum in suis Meteorologicis hæc, & multò plura. Pontanus in suis Meteorologi.

Ventorum quoque certa dabunt tibi signa cometæ.
Illi etiam belli motus, feraque arma minantur.
Magnorum & clades populorum, & funera Regum.

¶ Deinde apud Aristotelicum Poêtam. Aristoteli cus Poêta.

Tu steriles agros, & inania vota coloni,
Siccus & efferuens dire cometa facis
Cùm Crinem ostentas, tunc ventorum impetus vrget
Oppida, tu bellum sanguinolenta moues.
Principibus lethum, tu seditiosa minaris:
Sic mundus varijs ducitur auspicijs.

2010 Ministerio de Cultura

Marc⁹ Manilius.

Marcus verò Manilius de cometis loquitur in hunc modum.

¶ *Squalida delusi nunc plorant arua coloni,*
Et steriles inter sulcos defessus arator,
Ad iuga mœrentes cogit frustrata iuuencas,
Nunc grauibus morbis, & lenta corpora tabe
Corripit, exustis lethalis flamma medullis:
Labentesq; rapit populos, totasq; per vrbes,
Publica succensis peraguntur fata sepulchris.
Quin & bella canunt, varios, subitosque tumultus,
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.
Ciuiles etiam motus, cognatæq; bella.
Nunquàm futilibus excanduit ignibus aër.

¶ Alter autem Poêta ait.

Nunquàm cœlo spectatum impune Cometen.

Abohali. ¶ ABHOALI verò, & alij quicunq; medici de Cometis loquuti sunt, pestis futuræ præsagia esse perhibent. Ex quibus omnibus testimonijs liquidò constare arbitror, sinistrum cometes præsagire semper euentum, vt se verè res habet, paucis quibusdam exceptis casibus.

¶ EFFECTORVM HISTORICIS exemplis comprobatio. CAP. IIII.

Supereſt

2010 Ministerio de Cultura

SVperest nũc, vt, velut inductione, quid in vniuersum cometarum apparitiones præsagiant, demonstrãtes, hystorica quędã exempla tradamus. Quorum illustrissimũ fuit illud, quod falcis, vel cornu figuræ visus est anno, quo Xerxes decies cẽtenis millibus hominum Greciam inuasit, omnia quęq; deuastãs atq; diripiens, multis etiam vrbibus incensis, atque direptis, & nauali pugna duce Themistocle superatus, vix fugiens euasit.

Cometa cornu figura videtur anno, quo Xerxes Græciã inuasit.

¶ Paulò ante initium Peloponnẽsis belli, quod fregit Greciæ vires, cometa cõspectus est ingens, post Solis occasum, per dies quinque & septuaginta cõtinuos. Post quem tanta ventorum vis orta est, vt lapidẽ, vehiculi magnitudine, è rupe euulsum, in sublime turbo afferret vsq; ad vrbẽ Thracię Aegospãtamos, vbi è cœlo descẽdisse vulgo creditꝰ est. Quã tẽpestatẽ tũ ex cometę apparitione, tũ ex alijs Astronomicis iudicijs prędixit Anaxagoras, quitẽpore Periclis, belli Peloponẽsis auctoris, vixit. In cuiꝰ belli fine ad illũ locũ Thraciæ Atheniẽses imperiũ Grecię cũ classe amiserũt. Cuius cometę memi nit Arist. li. mete. 1. Plut. in Lyzãdro & Pli. c. 28. li. 2.

Ante Peloponnẽsiacũ bellũ ingens cometa apparuit per dies. 75.

Aristot. 1. meteorol. Plutarc. in Lizãdro. Plinĩ° ca. 28. lib. 2.

¶ Alter cometa in Septẽtrionali parte visus est, Solc circa solstitij hyberni pũctũ versante, vt auctor

2010 Ministerio de Cultura

est Arist. Euclea Athenis prętore, paulò antè cladẽ, quã grauissimã Athenięses in Sicilia acceperũt: quę quidẽ accidit Olympiada. 92. vt ait Plutar. in vita Lysãdri. ¶ Cũ Nicomachus Athenis reipub. sũme præesset (vt Arist. ait meteo. 1.) paucos admodum dies in Acquinoctiali circulo cometa arsit: quẽ prope Corinthũ horribilis sequutus est ventus. Cõstat aũt ex Diodoro Siculo hoc Nicomacho, siue Licomacho Olympiadis. 109. anno. 4. aut paulò post, gubernante, Athenięses Demosthenis suasu cũ Philippo Macedonię congressos, ad Cheronomiã & cęsos. Quæ clades vniuersę Gręcię & gloriã dñationis, & libertatẽ vetustissimã finiuit. Hæc antiquissima Gręci imperij libuit exẽpla referre, primũ propter numerosum exercitũ, quẽ Xerxes mouit. Tria verò alia, quia ab Arist. recensentur. ¶ Teste Plinio & Lucano (vt Romani Imperij, quẽadmodũ & Gręci, aliqua exẽpla tradam⁹) ante bellũ ciuile Põpeij & Cæsaris, aliquot flagrarũt cometæ: quod mutationẽ sempiternam vniuerso Romano imperio attulit. Et post Iulij Cęsaris obitum, aliquot etiam emicarunt cometæ, vt Virgilius asserit, dicens.

Cometa í Septẽtrio. Olympiada. 92.

Arist. Meteo. 1.

Sequuta ẽ maxima glorię & dñationis Græcorũ ństructio.

Plinius.

Lucan⁹.

Ante Põ. & Cæsar. bellũ præcesserũt cometæ mutationem Romani imper. præsagientes.

Virgilius.

Nõ aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura: nec diri toties arsere cometæ.

Cometes insolitæ magnitudinis appa

¶ Ante mortẽ Constantini magni insolitæ magnitudinis apparuit cometes, qui horribilia, ciuiliaq; bella,

2010 Ministerio de Cultura

bella, quæ Constantini filij interse gesserunt, signi ficauit, & miserabilem Ecclesiarum distractionẽ, quã Arriana excitauit hęresis. Sed quid, aliena numerando exempla, moramur?

¶ Anno. 1558. decima septima Augusti die, cometa per paucos dies apparuit, in parte Occidentali, in secunda virginis facie, tristi admodum & lugubri vultu, naturę videlicet Saturninæ, caudã Orientẽ versus porrigens. Atq; statim. 29. Septẽbris die secquuta est mors inuictissimi Caroli Quinti termaximi Imperatoris. Sequuta deinde generalissimi catarrhi magna, pestiferaq; clades, quæ (vt alias taceã Prouincias) ab Orientalibus Hispaniæ partibus, circa omniũ Sanctorũ festũ orta, velut itinere diurno paulatim vecta, ad Occidentales Hispanos vsq; peruenit: Quæ & me Darocæ post festum diui Andreæ, & omnes familiares domus inuasit. Ego verò decocto speciei poligeni (quæ ab Aragonicnsibus ginestilla vocatur) accepto, in immensum eadem nocte sudaui: & à catarrho, & ab ea, quæ simul corripiebat febre, liber mane surrexi. Pullularunt in illius catarrhi pestiferis febribus communiter exanthemata, quæ ab Aragonicnsibus pulgoncillo, à Castellę Regni incolis tauardillo cœpit nominari: cùm à Græcis, Arabibus, & Latinis, diuersis ab his nominibus vocarctur. Et quæ per lõga tẽ-

ruit antè Constant. magni obitum huius filiorũ bellũ, & Arrianorũ hæresim prædicens.

Anno 1558 visus est cometa tristi facie, mortẽsem per Augusti Imperatoris Caroli Quinti significans.

Catarrhi pestis Hispaniã inuasit.

Medicamen, quo vsus est autor ad catarrhum.

2010 Ministerio de Cultura

ga tẽporum interualla maligne solebãt inuadere febres, à pustulis pestilẽtes nominatę, eo cometa indicãte, familiares nũc habẽtur. Quẽ superiorũ coniunctio in Tauro, mense Martio, & Lunæ eclipsis mense Aprili eiusdẽ anni procrearũt. Nec solũ cometæ, sed & horũ omniũ euentum, præcipuę cauſæ extiterũt. Quæquidẽ pestifera lues, facta nimirũ, superiorũ coniunctione in Tauro signo fixo, fixa deinde in Hispania permãsit. Et velut regionalis & vernacula nobiscũ habitat, in qua multę morborum species indies degenerant. Nec tamen eodem semper perseuerat vigore, sed per interualla remittitur, & exacerbatur. Interdum remissionib⁹ longioribus, interdum exacerbationibus, immanioribus. Pręsertim post superiorum coniunctiones, eclipses, vel alios eiusmodi efficiendi vim habentes influxus. Sed exemplorum, quorum innumeram supelectillem tradere possum⁹, satis. Quibus omnibus apertè doccmur, cometarum appariciones tremenda (vt diximus) esse signa ęstus, siccitates, terrę motus, vẽtos, vredines, diluuia significãtia anonę inopiam, pestem, bella, seditiones, morbos acutos, regnorum, & legum mutationes, Regum, summorum virorum, & fœminarum mortes. Quare hæc omnia sui præsentia prænuntient, venit nunc sigillatim demonstrandum.

Superiorum cõiunctione in Tauro facta remansit pestis cantarri in Hispania tauardillo.

¶ QV A-

2010 Ministerio de Cultura

¶ QVARE SICCITATES, AESTUS, pluuias, ventos, hominum & arborum morbos Cometæ naturaliter significent. CAP. V.

SIccitates, & æstus ideò à Crinitis portendi, & significari videntur, quia effumationum, aspirationũque calidarum, & siccarum ingens multitudo longè, latèq; per illa tempora in vniuersum aêrem insparsa summa furtim, motúq; indefesso, & visum omnẽ fallentem continuò petit. Trahentis perpetuò sideris in Cometæ pabulum vim (vt diximus) sequentes. Quæ ignitum vestigium, quâ transeunt relinquentes, fit vt neq; tunc nubes à frigido cogi, neq; densari, & in pluuiam conuerti possint. Vnde fit, vt aêr torrid⁹, & insigniter sicc⁹, (pro soli, cœli, & anni temporis ratione) passim videantur, & in arbores, herbas, vites, segetes, & alias plantas, vredines, rubigines, tineas, & alios morbos inferãt. Quæ omnia & à viciato (vt diximus) alimenti humore, & à nebulis oriri possunt. Nec tradendum obliuioni est Cometæ tempore ab aêre ingentes quandoq; pluuias effundi, vel quòd planetæ tum cum pluuiosis stellis, in signis, & mansionibus humidis degebant. Vel quòd post diuturnos & ingentes calo-

res,

res, longæ pluuiæ, reuocato in suam harmoniam (rerum quadam vicissitudine) cũ stellure cœlo, cadere sæpè consueuerunt. Ventorum concussiones ideo significat, quod tenuiori exhalationum parte in sublime delata, crassior: nec tam crassa est, vt in nubes dẽsari cogíque possit: nec ita tenuis, vt in sublime ferri cum tenuiori parte valeat: nec tantum illi caloris deest, (quem habet imbecillum) vt facile in nubes conuerti: nec tantum supersit, vt, in sublime delata, accendi possit: Quo fit, vt tunc venti fiant ab imbecilli calore, qualis in ea est exhalatione, & ingentes ob exhalationum, quæ tunc scandunt, multitudinem, oriantur. Communiores causas tutemet ex Aristotel. & aliorum meteoris legito. Adde quod diuturnus vẽtorum significator, Cometes diu duraturos, ob diuturnã pabuli attractionem, significauit. Aperiuntur præterea spiracula siccitatibus, per quæ crassiores exhalationes in eius visceribus, & latibulis delitescẽtes prodeunt, aptiores quidem ad ventos generandos, quàm ad cometas alendos. Terra deinde continuo fuctu velut exhausta, infęcunda humidi defectu, steriliſque manet. Quàm sterilitatem deinde sequitur fames, sequunturque pestes. Fames ob fructuũ inopiam: & duplicide causa pestes. Prima quidem propter illam, quæ in terra (vt superius dicebamus) & aêre vapo-

Cometæ ventorum concusiones significant.

Quo pacto cometam sequatur fames, sequatur & pestis.

2010 Ministerio de Cultura

vapores illi infecti, veneno sitatis vestigia reliquerunt. Terrę infectione alimenta, aëris verò corruptione spiritus inficiendo, vt diuinus Hip. & post eum Gal. sensere, dicẽtes. Morbi epidemij partim à victu, partim ab spiritu, cuiꝰ attractione viuimꝰ, generantur. A victu (in quo etiam potum intelligo) narrat Galenus, quosdam suo tempore, qui, vrgẽte fame, corrupta cerealia comedere coacti sũt, à pestiferis, & corruptis febribus interijsse. Quosdã verò nõnullas pustulas, instar scabiei aut lepræ, in corpore contraxisse. Ab aquæ infectę potu in castris pestem accidisse memoriæ proditum esse Gale. ait. Ab spiritu, si (vt idẽ ait) cõmoda primorum elementorũ tẽperatura sanitas est, aêris intẽperies labefactauit eã. Et hinc est, quod paulò post 1. Epidemiõ dixerit, morborũ populariter grassantium causam aêrẽ esse, causas vero victũ, potũ, & aêrẽ corrũpentes, abundè superiús recẽsuimus. De quibus, tanquã de primis, dixit Gale. 1. Epide. cœlũ, nõ victũ, populariũ esse causam morborũ. Ex omnibus igitur his constare arbitror, quomodo siccitates, ęstus, pluuiæ, vẽti, sterilitates, hominũ & plantarũ pestes, cometarũ effecta sint. Nũc autẽ, quare bella, seditiones, furta, latrocinia, ꝺpopulationes, Regnorum & Regum mutationes significent, venit philosophica ratione considerandum.

Hipo. Gale.

* Ex aqua infecta pestem accidisse ait Gale. 1. Epidemiõ.

1. Epide.

¶ QVO

¶QVOMODO COMETAE RIXAS seditiones, & bella moueant. CAP. VI.

Plato. Dialo. de natura.

Omo (vt Plato dialogo de natura disputat) à quatuor elementis corpus habet: naturale verò temperamentum à cœlestibus Spheris. Partes autẽ animę, quę affectibus trahuntur, ab Spherarum siderumque viribus: rationem demiq;, ac mentem à sumino totius mundi opifice, sine vllo cœlorum ministerio accepit. Cuius quidem sententia docemur, animã extra elemẽtorum Spheram, ac siderum vim creatam, nullis vinculis, legibus eorum, aut viribus alligari: sed liberam esse, & ab his extrinsecus excitari: nec tẽporis temperamentum: & affectiones (vt Galenus proprio de hac materia libello demõstrat) nisi sponte prudens, scienſque sequi. Ex cuius illustri sententia constare poterit, animam rationalem à liderum affectionibus excitatam tantum (vtpote extra elementorum Spheram, & siderum vim creatam) non autem coactam, trahi: partes verò animę, aut potius facultates affectib' subiectę, quæ irascibiles, vel animosæ, naturales vegetatiuæ, aut appetitoriæ vocantur, cum ab Spherarum, & siderum viribus suum esse habeant, facilè à cœlesti

Gale.

Animae excitatur velut stimulis ab astris, nõ cogitur partes animæ essentiales intellect',

2010 Ministerio de Cultura

lesti influxu excitatæ excãdescũt atque succumbũt. Naturalis enim, cuius sedes est in ecĩnore præter eam, quam ab influente cœlitus sidere qualitatem induit, ab esculentis & poculentis infectis facillimè cõtaminatur. Si enim illa caliditate infecta acceperit, calidiorẽ, bilioſioremq; sanguinem generabit. Eadẽ ratione si frigidiori, sicciori, humidiori, aut alia pestifera qualitate infecta alimẽta sumpserit, sanguinem illum lapsum à mediocri discedentem producet, quo totum corpus velut irrigatur, & nutritur, atque in naturam labentis à mediocritate sanguinis facilè permutatur. Ex tenuiori huius sanguinis parte, & ex aêre, quem (velimus nolimus) inspirando trahimus, spiritus in corde generatur vitalis, in quo irascibilis, aut animosa facultas residet. Quæ cùm suapte natura ad rixas, vindictam, & iras facilè moueatur, si à sanguine circunstãte aêre, & influxu cœlesti, in dies, & assiduè irritatur, & viscus, in quo residet, assiduo horum fotu calidior redditur, aut qualitate alia deprauatur, quid mirum, si in rixas, furorẽ, & iras incautè prorumpat, nisi sagaci rationis imperio coerceatur? Hoc tamen inditum habet instrumentum, quo rationem adsc alliciat, quòd rationis præcipua sedes in cerebro sit: & spiritu animali tãquam instrumẽto ad rationales actiones vtatur. Spiritus verò ani-

memoria & voluntas.

Quomodo bilioſa aſtrorum coniũctio animum irascibilẽ reddat.

Sapiẽs dominabit astris.

2010 Ministerio de Cultura

malis fit à vitali in reticulari flexu accuratiùs elaborato. Si igitur ratiocinij instrumentum obliquum est, quid mirũ si ratiocinatio fiat obliqua? Magis tamen aut minus: secundum maiorem aut minorẽ instrumenti recessum. Qui enim phrenesi, mania, aut melãcholia, aut lethargo laborat, an ob rationalis animę infirmitatem laborat? Nequaquàm ita: sed propter instrumentorũ rationi seruientium àmediocri statu recessum. Si igitur cometes, aut eorum parentes, aêrem, & terrę nascentia, ita siccitatibus, aut alia qualitate infecerint, vt sanguinẽ & spiritũ vitalem bilioſissimos procreent, & vitalis animali ardentissimũ alimentum suppeditet, animalis cerebrũ, & instrumẽta rationis calefaciat, quid mirũ si rixas ex facili causa, discordias, & bella moueãt? Et quid rursus mirũ, si populares tumultus, & tandem cędes, furta, rapinas, incendia, seditiones, adulteria, sacrilegia, & depopulationes inferant, & horum omniũ cometę dicantur esse prænuncij? Quandoquidem gradatim (vt demonstrauimus) sidera, terras, & aêrem, hi fruges, & pabula, ista pecudes & cerealia, & hęc rursꝰ corpora nostra inficiãt: vt Lucretius eadem sorite demõstrat his versibus.

Tale est opus, quale instrumẽtum.

Optima consequutio.

Lucretius.

¶ *Sic tempestiuis ex imbribus humida tellus*
Vertit se primum in frondes, & pabula læta
In pecudes vertunt, pecudes in corpora nostra.

¶ QVA

QVARE COMETES REGVM & Principum mortes significent. CAP. VII.

QVare supradicta cometarũ effecta mortalibus eueniant, etsi imbecillioribus rationibus, potuimus saltim vtcunque demonstrare. Nũc verò, quomodo fatorũ Regũ præcones sint: vt diuus Ioannes Damascenus ait, adnotante Alberto: & Ptolemęus in vltimo Aphorismorum his verbis testatur. Stellæ verò comatę, quæ vndecim à Sole signis distant, si apparebunt in angulo, aut Rex aliquis, aut magn⁹ in regno morietur. Sin verò in succedente loco, bene se habebũt ornamenta eius: sed gubernatorem eius mutabit. Et si in loco cadente, erunt ęgrotationes, & mortes repentinæ: Et si ab occasu ad ortum mouẽtur, alienigena hostis regionem inuadet. Sin verò non mouentur, hostis indigena erit: Et quomodo principum magnorum virorum, ac fœminarum decessus. Et quomodo nunquã sine magna illius clymatis, inquo apparẽt, mutatione eueniãt: vt Lodouicus de Regijs in suis ad Patriarchã Cõstãtinopolitanũ aphorismis ait, veniebat ãmõstrãdũ. Quis tamẽ poterit, nisi diuino illustrat⁹ afflatu, aptê indicare quod in sũmo cõditorisinu recõditũesse

D. Ioann. Damasce. signa quędam præfagiorũ cometæ.

Lodouic⁹ d' regijs in suis Apho ris.

2010 Ministerio de Cultura

rcor: & vniuersũ humanæ mẽtis captũ excedere ar
bitror: Verũ, qualescunq; imbecillitas nr̃a poterit,
Plato. rationes assignabo: Et (vt Plato ait) memineris ob
secro, si rationes de his probatissimas exactissimas
que afferre non possim. Satis enim factum putare
debetis, si non minus probabiles, quàm quiuis ali⁹,
rationes attulerim: æquum est enim meminisse &
me, qui differo, & vos qui iudicatis, homines esse:
vt si probabilia dicantur, nihil vlterius requiratis.
Rationem Philosophorum, quam propter molli
tiẽ, & teneritudinem faciliùs, & efficaciùs, in prin-
cipum corporibus, quàm rusticorum robustis sub-
iectis, cometarũ effecta imprimi asserunt, iam vos
Num ex parte regis vel regni aliqua superueniat causa ad mortes, pestẽ, &c. legisse reor: & quantum fidei huic opinioni sit ha-
bendum considerasse. Nunc demum coniectandũ
alta mente venit, an ex parte Regum, vel ex parte
regni, vel ex alia, extrinsecus adueniẽte, causa, mor
tes Regum significent Crinitę. Ex parte quidem re
gum, cùm vniuersaliores sint aliis omnibus in re-
pub. necesse est vniuersalioribus, ac magis com-
munibus subiici causis. Præter quas, suis etiam par-
ticularibus, vt alij homines, sunt subiecti, quas cũ
aliis hominibus habent communes. Quibus etiam
similibus affectib⁹ caloris, frigoris, salutis, morbi,
infirmitatis, ac pestis subiacent. Vniuersalibus rur-
sus magis subijciuntur. In quibus quemadmodum
fide-

2010 Ministerio de Cultura

sidera fœlicitates illis influentia (vt regnorum adeptionem, pacem, quietem, diuitiarum affluxum, & aliarum omnium rerum abundantiam) maiorem partem, quàm singularib⁹ hominibus, impertiuntur: sic infortunatos, pestilentes, prauos, mortales, ac periculosos effectus fundentia, maiorem Regibus, & vniuersalioribus personis, quã priuatis hominibus, partẽ largiunt. Ex parte regni duplici modo poterũt affici reges potiùs, quàm priuati homines: vno quidem, aduenientе infectore, vel interfectore, vel cometa in angulis accedẽtis regni, vel cum eius dominatore. Alio modo, in locis coronationis, aut intronizationis eiusdẽ. Ex alia, extrinsecus aduenientе causa: vt si in aliqua ex stellis regijs coniunctio superiorum, eclipsis aut cometes, aut in aliquo constitutionis regni angulo, vel coronationis aut genituræ cœlitus conspirarunt: vel inibi, aut in aliquo affecto geniturę loco prę-sentes adfuerint: præterea cum dominãte illis stella cometa exarserit, aut pernicios⁹ Planeta, mortis Regis testimonium in Genesi habens, iuxta peragrationum artẽ, & progressum fecerit: vel quadrato, aut opposito radio (absque beneficarũ præsidio) loca illa violenter pulsarit: aut in diuisionis signo, vel termino (vt voluit Albumazar) cometes incanduerit: vel cùm termini diuisionis domino

Duplex ratio ex parte regni.

Albumazar.

præsens affuerit: aut excitatorem, rectorem vel parentem eum habuerit. Considerandi etiam veniunt eclipses, & superiorum coniunctiones: prospiciendumque, an eadē, quę supra recensuimus, loca infecerint. In ipsis enim efficacissimam efficiendi vim inuenies. Quorum, si post cometarum apparitionem alter, aut ambo successerint, effecta per cometam significata impelluntur. Aliam causam, non omnino contemnendam, decessuum Regum, & Principum, in cometarum apparitionibus, assignare possumus. Quum enim ipsi augurale aliquid, & formidabile semper portendāt, tumque (vt Seneca scribit) sequentem annum suspectum, tristem, & luctuosum reddat, propterea quod siccitates, fames, pestes, mortes, aut bella sequantur, Reges, & Principes, dolore calamitatis suorum, & regni, vehementissimis animi affectionibus extorsi, mirum non est, si vniuersali causæ facilè succumbant: Namque (vt Galenus ait) nullus est corporis affectus tantus, quod vehementior animi affectionibus esse possit. Qui igitur sui regni, suorumque mala, & vicem dolet, quid mirum, si dolore, & animi perturbatione languescit, & languidus in pestiferam, aut aliam excessiuam cladem facilè incidit?

Optima causa & ratio decessū principū.

Spiritus em̄ tristis desiccat ossa, vt Galenus ait.

¶ QVO-

2010 Ministerio de Cultura

¶ QVOMODO COMETAE REgnorum mutationes significent. CAP. VIII.

E regnorum autem mutationibus, quod ad cometas attinet, eadem ferè in vniuersum dicẽda veniunt, quę de regum decessu dicta sunt. Quando enim ipsi in angulis constitutionis regni apparuerint, vel cum regni Almuten fuerint, in supradictis configurationibus, mutationem eiusdem magnã significabunt. Cùmque magnę superiorum coniunctiones, causæ mutationis in regnis esse solcãt, & cometæ ab his excitari consueuerint, miran-
dum non erit, si mutationis regnorum prænuncij esse dicantur. Si cometę præterea (vt superius diximus) Regum mortis prænuncij sint, & mortuis regibus (vt in multis historijs legimus) alij quam hæredes accepto fide, vel vi, regno succedant, significabunt secundariò cometę post Regum mortes, regnorum etiam mutationes. Adde quod generationis, mutationis, vitæ, & interitus, suorum bonorum, & malorum causę in aspectu radio, & cœlestium corporum per Zodiacum motu (omnibus Philosophis, & Astronomis consentientibus) sunt, Quæ aũt hoc modo se habent, omnia in

2010 Ministerio de Cultura

cipiunt aliquando, aliquo fauente sidere, & desinunt aliquando, contrarij sideris natura influente. Quo fit, vt nihil firmum, nihil stabile, & æternum sub Lunæ globo conspiciatur: Sed vicissitudo quę dam in rebus omnibus, ne dicam in regnis, videa tur. Viguerunt enim Chaldęorum Reges: post Aegyptij: deinde Persæ: floruerunt suo tempore Hæbręi: fuere Troês: imperarunt Gręci: post Romani: & tandem, nullum imperium ita fixum, firmum, potens, & stabile fuit, quod non aliquando nouo veniente Imperatore subuerteretur. Quorum signa cometes multoties dedisse, historiæ perhibent: & Marcus Manilius his versibus testatur.

Oriuntur & prætere unt Regna nec quicq; in statu sub sole pmanet.

Marc' Manilius.

¶ *Sidera per vastas cœlo lucentia flammas,*
Siue DEVS instantis fati miseratus, in orbem
Signa per effectus, cœlique incendia mittit.

Virgilius. ¶ Virgilius etiam signa, quæ suæ patriæ depopulationem pręcesserunt, ita dolens meminit.

¶ *Sæpè malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)*
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

¶ Frequentia enim in maximis rerum mutationibus esse prodigia consueuerunt. Prodigia enim

2010 Ministerio de Cultura

enim, & signa, causarum (vt demonstrauimus) motiones indicant: & quô maiora, magis horribilia, & diuturniora, cò maiorem, magisque tremendum effectum minantur. Quæ Summus omnium rerum Conditor nostri misertus præmittit: vt mala, quę nos in perniciem ducunt, vitantes, abimmi nentibus periculis præcaueamus. Sæpè enim intus, quam non vitamus, delitescit causa, & maximo terrore intuemur cœli prodigia. Quod Marcũ Manilium eleganter his versibus cecinisse leges.

Nisi enim sic factum esset irremediabilis malignus hominestorqueret. Marc⁹ Manili⁹.

¶ *Ne mirere graues rerum, hominumque ruinas:*
Sæpè domi culpa est: nescimus credere cœlo.

¶ HOC animaduertendum in vniuersum venit: in cometarum apparitionibus, sæpè eos apparuisse sine successiuo Regum, aut Principum interuit: & frequentissimè Reges atque magnates sine cometarum apparitionibus interisse. Hoc tamen ex historijs adnotaui: quoties Reges, Principes, aut Imperatores, cometa minante, interierunt, nõ solum eorum decessum, sed aut pestes, aut bella, aut alia infortuniorum genera, subsequuta fuisse.

¶ Anno enim. 1506. quo Philip. Hispaniarũ Rex, & Caroli Quinti Imperatoris pater, mortu⁹ est, cometa præfulsit in Septentrione propè plaustrũ, splendi

ANNO 1506. Philip. Hisp. Rex Caro

2010 Ministerio de Cultura

Ius. 5. Imper. pater fuę mortis præmonitus à quodã cometa.

da denſaq; cauda (vt eius temporis ſcriptores refe runt) quam intra priores & poſteriores rotas expandebat, propter quod ab Aſtronomis vocatur cauda pauonis: Quam non ſolùm ſequuta eſt Hiſpaniarum Regis mors, verùm eodem anno, Turcæ, cum magna ſuorum ſtrage, ad Perſas confluxe runt. Et anno ſequente exarſit bellum Venetum, quod varia fortuna geſtum eſt, vſque ad annum 1512. quo ad Rauẽnam, cęſis Pontificis Iulij copijs, pax facta eſt.

Hũc com. ſequuta ẽ inuaſio Turcarũ ad Perſas.

Sequutũ item bellũ Venetũ vſque ad annum, 1512.

¶ Anno. 1491. Cometa circa principium Arictis apparuit, quem Ioannes de Monte Regio obſeruauit.

ANNO 1491. Cometa Innocentij Pontifi. Max. mortẽ prędixit.

¶ Anno ſequente Innocentius Pontifex Maximus moritur: Et centum viginti quatuor millia Iudæorum, fuere ab Hiſpania pulſi. Alphonſus, Portugallię Rex, equo delapſus, florente ætate, ſine liberis mortuus eſt.

Ioã. de mõte regio. 124. millia Iudæi ab Hiſp. pelluntur.

Alphõſus Rex Portugalię equo delapſ' ab ſq; liberis moritur.

¶ Anno. 1531. toto menſe Auguſto & vltra, ſub ſignis Cancri, Leonis, Virginis, & Libræ, cometes apparuit in Occidente: poſt quem, Regis Franciſci mater mortua eſt Pariſijs. Terræ motus ingens apud Portugalliam fuit, quo tota fermè Lisbona (paucis illæſis ædibus) concuſſa eſt. Turcæ Siciliæ regnũ nauali prælio prædabũdi adorti ſunt. Sophi Perſarũ in Armenia vrbes aliquot Turcarũ accepit

ANNO

¶ An

2010 Ministerio de Cultura

¶ Anno. 1538. (vt scribit Heler) cometa in Pisci bus apparuit: Caroli Quinti Imperatoris maximi vxor obijt. Gandauenses aduersus Mariam, Vnga riæ Reginam, Imperatoris sororem, & Belgicæ Cæ sarianæ rectricem, insurrexerũt, eiusque Magistra tus capite punierunt. Recensuimus hucusque vniuersalia cometarum effecta, aut potius significata, etsi rudiori minerua, saltim vt potuimus: ægrorum enim inuisionibus occupati, exiguas diei horas vnius mensis potuimus cometis tribuere. Nũc autem particularia per signa, Planetas, & schemata sunt in tertia, quæ sequitur parte, Deo fauente, recensenda.

1531. cometa arsit toto Augusto vltra morit mater Regis Frãciscí Parisijs. Terremotus apud Portugalliam. Turcæ Siciliam inuadunt. Sophi Armenicas ciuitates aliquot accepit.

¶ ANNO 1538. autore Heler, apparuit cometa mortem Imperatoris Caroli Quinti, vxoris prædixit. Gandauenses aduersus Mariam Vngariæ Reginam bellantur.

De

2010 Ministerio de Cultura

De specialibus Cometarum effectibus. Liber tertius. Francisco Fernandez Raxo Medico Aragonensi Auctore.

Quæ præcipuè consideranda ad Cometarum præsagia. CAP. I.

(¥)

PRotentosum, horrendum ac lugubre aliquid significare semper cometas, superius est calamo velociori descriptum: & rationibus, ac illustrioribus exemplis, & autoritatibus demonstratum. In quibus omnibus vniuersalia tã tùm cometarum effecta docuimus: Post quæ, specialia veniunt eodem ordine tradẽda. In quorum priuata consideratione, diligenter spectanda erunt locus, tempus, genus, & species: vt Ptolemæus docet: quem patrẽ colimus, & magistrum in astrorum scientia reueremur: sicut Hipp. in arte medendi. Inquit enim ille, lib. quadripartiti. 2. Loca,

Pthole. in reb⁹ astronomicis pater & magister.

2010 Ministerio de Cultura

ca, in quibus hæc euenirunt, sic designantur: cùm à si "
gniferi partibus, in quibus collectæ illæ stellæ fue- "
rint, tum de Crinitæ figurationis inclinatione. Qui "
bus verbis apertè nobis innuit, primò signiferi lo- "
cũ, in quo cometæ materia collecta fuerit, aut pri- Cometæ locus.
mum emicuerit, cognoscendum esse. In quo vide-
licet signo, imo & in qua signi facie, in cuius Plane
tæ termino, & si fieri posset, in quo particulari gra-
du. Ex signi enim cognitione (cũ illis subiecta sint
vniuersa mundi climata) quam regionem minen-
tur cognoscemus. Ex signi etiam forma, vt, si hu-
manũ, pecorinum, ferinum, aut reptile fuerit, qui-
bus minetur animantibus, venabitur. Signo cogni
to, cuius planetæ sit domus exaltatio, triplicitas,
terminus, aut facies intelligemus: & quæ stellæ eũ
locum collectionis tempore respiciebant. Ex quo
rum cognitione, materiæ collectæ qualitas, & eũ
tus futuri genus veniunt inquirenda. Ex natura &
alijs signi assumptis, vel accidentibus (vt si fixum
sit, aut mobile, Orientale, Occidentale, Septentrio
nale, forte, debile, directè, vel obliquè ascendens)
celeritas, duratio, qualitas, & alia eiusmodi futuri
cuentus accidentia, erunt venanda. Ex termino &
facie, quantitas & forma. Iubet secundò Crinitæ fi
gurationis inclinationem contemplari. Quodqui Cõfigura-
dem de ea configurationis inclinatione, quæ cau- tionis inclinatio.
da

2010 Ministerio de Cultura

da fit, intelligẽdum reor. Vt ſi futura eſſent effecta in Hiſpania, & caudam Orientem verſus verteret, in Orientaliori Hiſpanię parte eſſent effecta expectanda: ſicut in Occidentaliori, ſi Occidentem verſus: & Septentrionaliori, vel Meridionaliori, aut quò quo verſum caudæ inclinatio fieret. Ait deinde circa capitis finem: De tempore durationis, initĩ ſionic euentuum, de habitudine autem erga Solem initium patefcit: nam cùm fuerint matutini, diuq; fulſerint, celeritatis: ſi veſpertini, tarditatis ſignificatio futura eſt. Quibus verbis apertè declaratẽ-

Tempus cometæ effectuum.

pus euentus, & magnitudinem effectuum: ex his ſecce duobus, ſi diu fulſerint, diuturnus; ſi parùm, breuis erit effectus. Si matutinè, celer: ſi veſpertinè, tard?, erit euentus. Scribit rurſus in medio textus: Per ipſam quidem collectionis quaſi faciem, & formam futurorum ſpecies, & genus, cui affectio ſpectanda ſit, deprehẽditur. Ac ſi diceret, faciem, & formã cometæ ſpectandas eſſe ad genus effectus cognoſcendũ. Ad cuius clariorẽ cognitionẽ, præter locũ, & tempus, alia ſeptẽ veniũt in cometis obſeruãda:

Septẽ obſeruanda ad genus effect? cognoſcẽdũ.

1. Magnitudo.
2. Calor.

magnitudo, color, ſplendor, forma, duratio, mot?, & habitudo ad ſolẽ. Magnitudo nãq;, futuri effect? claritatem, & vehemẽtiam ſignificat. Color, naturam dominantis Planctæ: vt in ſuperioribus traditum eſt. Splẽdor, vim, & efficaciam actionũ, quas

pluri-

2010 Ministerio de Cultura

plurimi ſpontè ſequentur. Forma, futuri effectus formam prænunciat. Qui gladij namque formã imitantur, cùm Martij ſint, ciuitatum depopulationes, & deſtructiones indicabunt. Quæ columnę Iouis eſt, Principes, ac Reges interficit. Crinita parua, lucida, verſicolor, & benè caudata Mercurij eſt: ideóque ventorum, ſeditionum, & hæreſis prænuncia. Nigra, quę breui cauda conſpicitur, Saturni eſt, ſterilitatem, lepram, diuturnaq; ſignificat bella. Quæ lucida dicitur, veneris eſt, raroque viſa: verùm, poſt longas diſcordias, fauſtum grati Principis aduentum ſignificat: de quibus infra vberiùs. Diuturnitas, magnitudinem, & diuturnitatem annuit euentuum, diuturnumque, ac ſtabilem in perturbatione ſtatũ. Motus, vnde effectꝰ vẽturus, Habitus tandem ad Solem, effectuum initium declarat. Oriẽtalis namque breuem: Occidẽtalis verò tardum ſignificabit effectum.

3. Splẽdor
4. Forma.
5. Duratio
6. Motus.
7. Habitꝰ.

¶EFFECTA COMETARVM,

& Aſtris Crinitæ portenta. CAP. II.

Locó,

2010 Ministerio de Cultura

Oco, in quo aggregata materia fuerit, vel primùm potiùs cometes emicuerit, per Aſtronomica inſtrumenta cognito, & eius dominatoris natura, veniunt ad effectus cognitionem conſiderandi. Loci verò natura in loco ſigni, in quo primùm apparuit, conſideratione, in conſtellatione, in qua primùm emicuit, & in vniuerſi, qua ſita eſt cuſpide conſiſtit: cognitio namque ſigno, intelligitur longitudo, & cognita conſtellatione, aut fixa, emergit declinatio, & latitudo Crinitæ, conſtellarioniſque natura. Cœli verò cuſpide perſpecta, habitudo eius ad Solem & Planetas alios, intelligitur. Si igitur (vt à ſignis ordiamur) in Ariete cometes apparuit, ex antiquorum, & recentiorum obſeruatione, armorum ſtrepitum, ſanguinis profuſionẽ, vt plurimũ ſignificabit, & principis alicuius, aut fœminæ interitũ: cum ingenti incẽdiorum metu. Siccitatem prętercà inſignem, & vulgares morbos, capitis & oculorum dolores, pecudumq; luem: ſummorum, nobiliumque virorum deiectionem: & vilium exaltationem: cum vehemẽti & noxio æſtu. Ab Orientis prætercà tractu emergens, & apparens (ex antiquorum placitis) odium ſolet inter homines portendere. Ab occiduo verò, magnatum à Regibus commo-

Cometa in Ariete.

Albumazar.

2010 Ministerio de Cultura

modum, sed cum aliquorum cęde, & interitu. Natis prętereà sub Ariete, vel affectos Planetas sub eo habentibus, aut opposito, vel quadrato inibi conspirantibus radio, triste aliquid, & formidabile expectandum erit. Et, vt historijs (vtcunq; traditis) singula confirmemus præcepta, Anno à Christo nato. 1472. si vera nobis historię narrant, cometes in Ariete micuit: post quem calidissima subsecuta est ęstas: populares morbi grassati sunt: inexpugnabiles ignes, & bellum aduersus Turcas grauissimum in Germania nunciauit, in quo Vladislaus, Vngarorũ Rex, vnã cũ Iulio Cęsarino Cardinali, prostratis Turcarum triginta millibus, cecidérunt. Quando Constantinopolis, Romanę Sedis æmula, à Mahumete, Turcarum Imperatore, obsessa, per dies quinquaginta summis viribus oppugnata, crudelissimis cędibus superata fuit, & Constantini Imperatoris caput è lõgo stipite supra mœnia collocatum.

ANNO 1472. Cometa in Ariete.

¶ *TAVRI Crinitæ portenta.*

CAptiuitates, iniurias, malorum licentiam, & magni alicuius viri mortem solet portendere sub Tauro fulgens Crinita. Ventos prætereà validos, cere

Cometa in Tauro.

2010 Ministerio de Cultura

alium, & fructuum corruptelam, armentorum detrimenta, terræmotus, & frigora ſuo tempore valida, vrbium & ędificiorum ruinas: cuius apparitio, ſi in Orientali tractu fuerit, Regẽ terræ, in qua apparuerit, inimicorum metu, vel alterius metuẽdi effectus nuncio, triſtitia graui percuſſum iri prędnunciabit, vt mori periclitetur. Addunt his nonnulli bubones peſtiferos, & ęgritudines varias ęſtate & autumno formidandas fore, quæ vix anno terminentur. Si in Occidentali parte apparuerit, iudicium bona ex parte in pluuias ſoluetur. Formidare hunc maximè debent cometam ſub Tauro nati, & affectas (vt de Ariete diximus) in illo, vel eius quadrato, aut oppoſito habentes.

ANNO à Chriſto nato. 78. cometa in Tauro.

¶ Anno à Chriſto nato. 78. (vt pleriq; antiquitatis Chronographi ſcribunt) poſtquàm cometes apparuiſſet ſub Tauro, tres in nobiliſsima Cypri Inſula ciuitates inexpugnabili terræmotu ruinæ peſſum ierunt.

¶ *GEMINORVM Crinitæ portenta.*

Cometa in Gemini.

BElli ſeminaria, rixas, ęgritudines, & ex his mortes, maximè pucrorum, & adoleſcentium, ſub Geminorum ſigno ardens cometa portendit: prægnãtium præterea

2010 Ministerio de Cultura

prætereà aborſum, auium interitum, famem toni-
trua, coruſcationes, & fulmina, ventorum cõcuſ-
ſiones, arborum fructus tollẽtes, luxum, laſciuias,
fornicationes, inſignes mutationes, religiõnis cõ-
temptum, fidei elcuationem, & eius aſſertorũ pœ-
nas ſignificabit. Si ex parte Orientis apparuerit, &
ſigno Geminorum, Solc æqui diſtãs fuerit, magna
tes cum magiſtratus faſtigij minutione, non ſine
mortis metu, formidaturos minabitur. In Occiden
te verò, captiuitates, pluuias, & inundationes ſum
moperè metuendas. Sub Geminorum ſigno nati,
hoc eodem modo metuent, vt de alijs ſignis dictũ
eſt. Tres apparuerunt Neronis tempore ſub Gemi
norum ſigno cometæ: quando Petrus, & Paulus,
Chriſti Ieſu veritatem prædicantes, ab impijs tyrã
nis fuere cõtẽpti: & ſupplicia pro fide, religione, &
veritate tulerunt ſæwiſsima: Iudæis atroces luctus,
& Romano Imper. mutationẽ induxerunt. Nouo-
rum prætereà prophetarũ, & ſectarum propaga-
tionem, Geminorum cometas ſignificare, cum A-
ſtronomicis præceptis fidẽ faciunt antiquiora hi-
ſtoriarum exempla.

Tres Cometæ Neronis tempore.

¶ Anno. 589. cometa ingẽs mẽſe integro viſus eſt: poſt aliquot ab eo annos: poſtq̃ magna ſuperiorũ preceſsiſſet cõiũctio, velut cometę, & Mahometi parens illc cępit in Arabia ſuã ſectã promulgare.

ANNO 589. cometa ingens apparuit.

2010 Ministerio de Cultura

¶ *CANCRI Crinitæ portenta.*

Ella, diſcordias, & plurima malа præſagit ſub Cancro fulgẽs Crinita: ſubmerſiones, direptiones, viarum obſeſsiones, famẽ, ac peſtem, hæredis regni, vel principis alicuius viri aut fœminæ mortem. Quód ſi in Oriente fuerit, & Sol eidem Cancro ęquè diſtans, anguſtias cum vexatione hominibus prænunciabit. Subditorum deinde multorum in principes & dominos ſuos contumaciã, & fraudes. In Occidẽtali tractu, rixas inter Reges, & multorum ab illis deiectionem, cum reconciliatione tamen luctuoſa.

ANNO 930. cometa famem grauiſsimam præ nũciauit.

¶ ANNO. 930, ſub Henrico Imperatore viſo comete, & alijs prodigijs in aêre, plurima recenſét hiſtoriæ, ſucceſsiſſe mala: extrema enim viguit in Conſtantinopoli fames, per quam trecentum millia hominum fuere ſublata. Significare etiam ſolet idem Cometa ex antiquorum commentarijs pluuias ingentes, piſcium inopiam, locuſtarũ multitudinem, fructuum à vermibus depopulatio nem, meſsis detrimentum, & annonæ caritatem.

¶ *LEONIS Crinitæ portenta.*

Prælia

2010 Ministerio de Cultura

PRęlia, cum ingenti multorum cæde, maximè ad Orientales partes, solet significare Crinita sub Leone ardens: Generosorum insuper quorundam, & principum virorum, aut fœminarum lugubre, de hac vita exitum. Luporum prætereà furores: quadrupedum luem: canum rabiem: satis & segetibus à vermibus, locustis, & huius generis frugũ prędonibus, detrimenta, cum substantiæ multorũ dilapidatione, portendere etiam solet. Qui si ab Orientis parte comparuerit, Sole signo Leonis æquidistante, magnas in aêre ventorum commotiones, fulgura item, & aquarum inopiam significabit. In Occidentis tractu ægritudines. Ad Septẽtrionem fulgurationes. Cometa in Leone.

¶ Anno. 448. apparuit sub Leone cometes: qui per eius, & parentum stellarum decretoria tempora, Attila, Huñorũ Rex, magnam Italiæ partẽ bello vexauit: multasq; prędaras diripuit vrbes: Aquileiam euertit, & Venetias in mari condidit. Nec dum portentorum effecta finem habuerunt: sed Valentinianus Impera. imperium occupante Maximo, à suis miserè Romę occisus est. Paulò post Gotti in Hispaniæ regna cũ exercitu irruperunt. ANNO 448. Cometa apparuit Aquileę euersionẽ, ac Italiæ ruinã prænuncians.

¶ *Crinitæ VIRGINIS portenta.*

2010 Ministerio de Cultura

Cometa in Virgine.

MErcatoribus damna, & mutuas cũ omni iniuſtitia, ac ſummas inter homines iniurias, virorum prauorum vexationes, & captiuitates indicere plurimũ ſolet ſub Virgine flagrans cometa: labores ad hęc multos, dolores, & febres, præſertim in fœminis: in quibus aborſus erũt ſuſpecti, & valdè formidabiles. Armorum aderit ſtrepitus, & principum cædes. Qui ſi ab Oriente affulſerit, fueritq; Sol Virgini ęquidiſtãs, bella, ex Albumazar, portẽdit. In Occidẽte verò, rixas, cũ fructuũ, & meſsis luxuria.

Albumazar.

Anno.324 Cometa ſub Virg. mortem Conſtantini Imperatoris prædicens.

¶ Anno. 324. poſt apparitionem cometæ ſub Virgine, Conſtãtinus ab imperio & vita ſimul receſsit. ¶ Anno. 1000. inſignis in Virgine apparuit cometa: poſt quem Otho imper. cum Creſcente patritio, qui Romæ principatum occupabat, confixit, & ſuperatum interfecit: hunc ſequuta eſt peſtis cum fame.

ANNO 1000. alius portendẽs peſtẽ, bella, & famem.

¶ *Crinitæ LIBRAE portenta.*

Cometa in Libra.

PRincipum virorum mortẽ in Occidente minari (vt ſcribunt veteres) plerunq; ſolet in Libra viſus cometes. Cædes præterea cum cæca proditione, & occulta coniuratione formidandas: merciũ iactu-

ram,

2010 Ministerio de Cultura

ram, pluuiarum penuriam, fontiũ diminutionẽ, fluuiorum deſiccationem, ventorum impetũ, frugum inopiam, latronum prouentum, prædonum pericula, cenſuum iacturam, annonæ ſuſpectam caritatem, & horrendum alicubi terræmotum. Orientem verſus apparens à Sole æquidiſtans, bel la mouet. In Occidente, verò Regis, aut principis alicuius viri, vel fœminę mortem, cum ſeruorum in dominos contumacia, & fructuum terræ me-- diocritate.

¶ Anno. 1165. poſt cometam, qui ſub Libra (vt tradunt) apparuit, poſt varias, & multiplices calamitates, vrbes multas terręmotus ingens in Sicilia, & Syria partim diruit, partim abſorpſit.

ANNO 1165. Cometa præ- nuncius terræmo- tuum in Si cilia & Syria.

¶ *SCORPII Crinitæ portenta.*

Aborcs ingentes hominũ generi, & numeroſos, & à reptilib⁹ clãdeſtina incõmoda portendit, in Scorpione cometa. Cõtẽtiones grauiſſimas inter principes viros, æſtus ingẽtes, iras inter populares ambiguas: vberrimũ certis temporibus aquarum prouentum, ſummorum virorum mortes, & grauidarum

darũ pericula: & fructuum terrę grauiſsimã præ-
nunciat corruptelam: ex qua manifeſta ſequctur
annonæ caritas. Annuit præterea bellorum metũ:
Regum furorem: multorum ab illis defectionẽ,
cũ ciuili motu, & inteſtinis cædibus; quas his verſi
bus deſcripſit Manilius.

Ducibus cum ſæua cruentis
Arma Philippeos impleuerunt agmina campos.

¶ IN Orientis tractu comparens, & Solem Scor
pio æquidiſtantem habens, pluuiarum multitudi-
nem prænunciat. In Occidente verò perniciosiſsi-
ma (vt antiquis obſeruatum eſt) locuſtarum agmi
na.

Anno. 913. Crinitam ſubſequuta fuerunt fames, & peſtis per totã Galliam.

¶ Anno, 913. poſtquã cometes aparuit in Scor-
pione, immaniſsima peſte, & fame per Galliam
graſſante, non ſolùm homines, ſed & omnia ani-
malium genera miſerè inualit. Significabat præ-
tercà obſcœnarum partium dolores, & vlcera: cor
ruptiones á Venere aluc: veſicæ, ſymptomata exci
tabit: & pericula, ac incommoda parturientibus
inferet.

¶ *SAGITTARII Crinitæ portenta.*

Regũ

REgum grauissimum, ac molestũ in subditos imperium significat cometa in Sagittarij signo apparens. Exactiones vectigalium novas: & in cogendis pecunijs, atque à popularibus extorquendis studia, quo iure, quaque iniuria: summas nobiliũ pręterea, & principum virorum vexationes, captiuitates, contumelias, bella, & alia sęuissima multorum cędes plectenda. Quod si in Oriente apparuerit, & Solem ęquidistantem habuerit, promptiora erunt effecta: Regum q̃, ac nobilium mortem, cum pugnæ, & deprædationis metu, & ciuiũ fortem rebellionem (de antiquorũ placitis) significabit. Paucos insuper redditus hæreditatũ, & fructuum: nobilium depressionem: sapientum, scribarum, Doctorum legum, consulum, & similiũ (tam in Oriente, quàm in Occidente) anxiam tributionem. In Occidente verò tardiùs operabitur: & varias ad impię agendum artes, cum grauidarum anxietate, & periculo significabit.

Cometa in Sagittario.

¶ Anno. 1500. mense Aprili fulsit apud Italos, in Sagittarij signo, cometes. Post cuius apparitionem, Ludouicus Sforcia, Mediolani Dux, a Gallis captus est. Vrbs Methonę a Bayazeto, Turcarũ imper. expugnata: deuicti ingẽti nauali prędio à Tur-

ANNO 1500. Cometa apud Italos belli incõmoda ante dixit.

2010 Ministerio de Cultura

cis militibus fuere (vt alia multa omittã) Christiani.

¶ *CAPRICORNII Crinitæ portenta.*

Cometa in Capricornio.

BElla inter Reges & nobiles futura præsagit hospes Capricorni: cometes: multorum adhæc calamitates, & infortunia, rixas, viarum obsessiones, & venena, regũ vel principum mortes, religiosorum contemptum, piorum persequutiones, grandines, niues. & hyemis asperitates, ac proinde frugum quibusdam in locis incertus prouentus. Fames pręterea addunt nonnulli, pestes, & populares iras, & effrenatas fornicationes. In Oriente apparens, impedimentum Regum ab inimicis præsagit, & innouationes multas. In Occidente aquarum abundantiam, & herbarum multitudinem.

ANNO 1097. Cometes expugnationem Hierosolymæ post famẽ & pestẽ nunciauit

¶ Anno 1097. viso cometa in Capricornio, sub Henrico Quarto Imperatore, post ingentem famem, & pestem, Godoffredus Bullonius, magnæ famę vir, Hierosolymam expugnauit. Post cuius obitum, Balduinus, eius frater, decem & octo annis ibidem regnauit, & Cistercienſium monachorum ordinem fundauit.

¶ *AQVA-*

2010 Ministerio de Cultura

¶ AQVARII Crinitæ portentâ.

NOrtem Regi, aut principi viro, vel fœminæ, in parte Orientis significat Aquarij cometes, cum militũ insperata irruptione. Controuersias præterea internobiles, bella, lõgo tẽpore duratura, cędes & morbos populariter grassantes, aêris obscuritatẽ, vẽtorum concussiones, tonitrua, fulmina, & tẽpestuosas coruscationes, inopinatum multorum virorum nobilium obitum, luctuosam pestem, necnon auaram messem. In Oriente apparens, Soli illi ęquidistante, fertilitatem rei herbariæ prænũciabit. In Occidente, rumores varios, & ex illis belli seminaria, incarcerationes, & captiuitates.

Cometa in Aquario,

¶ Anno: 1500. postquám cometes quatuor integros menses in Aquario flagrauit, pestem toto ferè orbe funestissimam induxit. Per cuius tẽpora Vrbanus Quintus Summus Pontifex Romanus (vt Beda scribit) sex simul Cardinales Nicæ interfecit.

ANNO 1500. Cometes pestem, toto orbi funestissimã, nũciauit. Sexq; Cardinalium mortem prædixit.

¶ PIS-

¶ *PISCIVM Crinitæ portenta.*

Cometa in Piſce.

Calamitoſum plebis ſtatum, & cõtẽtiones, fidei, & religionis cauſa, exantiquorũ obſeruatione, ſignificat piſcium Crinita. Horrenda ſimiliter portendit, nõ ſolùm factu, verùm & auditu, à multis patrãda: artis piſcatoriæ detrimentum: nauigationis periculum: inter Reges, & potentes, eorumque affines, bellum gliſcet maximum: & inter ciues diſsidiũ, cum multorum rebellione: vafrum, calamitoſum plebis ſtatum, & inobedientiam. Varia etiam oborientur alia à cometa in aêre prodigia. Si à parte Orientis præfulſerit, & Sol piſcium ligno æquidiſtans fuerit, inter Reges, nobiles, & populares odia, tumultus, pugnas, Regiſque conſus dilapidationem, cum timoris exaggeratione, & pluuiarũ ſuo tempore inutilem deſcenſum portendet. In Occidente verò, hominibus feret anguſtias, fluminum inundationes, & auium, ac piſcium vilitatem parium opportunam. Omnia autem ſupradicta de magno illo cometa, qui ſub finem Imperij Sigiſmundi, longè, latèque fulſit affirmare contendunt nonnulli: Cuius portenta qualia, & quàm prodigioſa fuerint, non eſt in tanta hiſtoriarum luce, quod amplius demonſtratum requiras. Et hoc modo de Crinitarum ſignis Zodia-

2010 Ministerio de Cultura

Zodiaci portentis, ex Albumazar, & aliorum antiquorum, & recentiorum sententia, diffinitum sit. Albumazar.

¶ QVOMODO COMETAE INtelligantur esse in loco. CAP. III.

DE Crinitarum autẽ loco, hoc animaducrtendum duximus: ne contumeliosis, & argutulis argutiarum suarum, & sophismatum ansam, reliquisse videamur: firmam, solidam, & (quoad fieri poterit) veram doctrinam tradentes. Loca scilicet considerari debere, & in elemẽtari regione, & in cœlesti tractu. In elementari regione dicimus cometam esse: & reuera est. In cœlestiverò tractu dicimus esse, cũ reuera non sit: sed quia, facta totius diuisione, sub tali vel circulo, vel signo, vel sidere cadat: quare locus eius dicitur apparens. Alio etiam tertio modo dicimus esse in aliquo loco, cum verticalis alicui regioni existit, aut in signo eiusmodi regionẽ protegente fulget. Indidit enim Summus rerum omnium Conditor singulis Planetis, constellationibus, & signis clymata, regiones, & loca, quibus præessent: quasque influxu, motu, & lumine fouerent, nutrirent, conseruarent, ac regerent. Ab eclipsibus tamen, & magnis coniunctionibus, & alijs ineffa-

2010 Ministerio de Cultura

ineffabilibus cauſis, ſidera quibus fouendi conceſſa diuinitus facultas eſt ſaucia, qualem acceperũt à ſideribus infeſtantibus contrarijs, languidum, morbificum, aut infortunantem radium, talem terris, quibus præſunt, perfundunt influxum. Et, vt Reges, rectores, & gubernatores ſubditis vitia, ſic ſidera his, quibus præſunt, climatibus ſuas impertiuntur affectiones. Regio vero, qualiſcunque fuerit, maligno ciuſmodi influxu affecta langueſcit, & velut morbo aliquo (vt ſuperiùs diximus) correpta, languidas omnes eius partes, quales ſunt plantæ, aquæ, & animalia, reddit. Anxia tamen, & velut morbo turgente nititur (vt demonſtratum eſt) expellere quocunque loco & modo poteſt. Releuata verò à prauis, & inimicorum ſiderum radijs, conſtellatio, aut ſidus, cui patrociniũ eius commiſſum erat, fouet benigniori influxu, quod ſibi in terra familiare eſt. Terra autem tunc, velut manu medentis, aut naturæ adiuta, quod noxium eſt, ac infectum, expellit. Quod ſi id, quale ſuperiùs diximus, fuerit, & ad terræ latibula pulſum fuerit, terræmotus excitat: ſi ad alia loca, alios effectus creat. Si verò à ſidere, velut à pio, ac ſaluti fero progenitore, ab excrementis infeſtantibus, quos fouet fœtus emundare curans, tracta fuerit, ad ignis regionem attractionis vi ducitur: & ibi, ne

2010 Ministerio de Cultura

ne infectione, aut fœtore suo iterum lędat, concre matur, & in cinerem cõuertitur: cuius flamma cometes (vt dictum est) vocatur. Verùm non potest vna concussione, aut crisi terra, neque vna aut altera attractione cœlum, altera ægrotantis vices gerens, se ita facilè emundare: alter medici velut munus exercens, ità facilè morbum depellere, quin insignioris infectionis vestigia per tantum temporis spatium supersint, quantum causæ, & languoris magnitudo requirit. Vnde necesse est in ea regione languores & effecta, per tantum temporis spatium durare, quãtum cometes suo fulgore præindicauerit. Ex his omnibus constare arbitror, loci cometæ intelligentiã: & non solùm quomodo intelligatur esse in aëre, & in cœlo, verùm quomodo correspondeãt effectis loca terræ, astris subiecta. Diximus superiùs cometarum effecta ex loco, in quo primùm arsit, natura colligenda fore: quæquidem loca in Zodiaci imaginibus, & in his, quę extra Zodiacum sunt, & in his, quæ ex cœli diuisione per cuspides capiũtur, distinximꝰ.

¶ EFFECTA COMETARVM *ex stellis fixis, & cœli imaginibus.*

CAP. IIII.

Tradi-

2010 Ministerio de Cultura

Radidimus superiùs effecta ex singulis signorum naturis: ex alijs cœli, quę extra Zodiacum sunt, imaginibus, veniunt nũc denuò explicanda. Quarum prodigiosa spectacula, vel cometę, interdum fixa manent: vt sidus illud, quod Iosephus, & Eusebius narrant, supra Hierosolymam per annum stetisse, excidiuḿque illi portẽdisse. Et quod in sedile Caſſiopęæ nos, & multi, non solùm Hispani, verùm totius Europæ regionem incolẽtes, à die diui Martini anni. 1572. per duos ferè annos obseruauimus, quod etsi Flãdriæ decidium significasse crediderint, cius præcipua effecta adhuc expectanda rcor. Alia sunt mobilia, & videntur obscuro quodam velut motu moueri: alia agitatione vehi, & armatorum hominum, agminumué ritu dimicare: vt testis est Plinius lib. 2. cap. 57. qui tertio consulatu Marij, ait, ab Amerinis, & Tadertibus armata spectata cœlestia fuisse ab ortu, Occasuque inter se concurrentia, & pulsis, quę ab Occasu erant. Iosephus similiter lib. 7. belli iud. cap. 21. ante Hierosolymorum excidium scribit, circa Solis ortum, visos esse ferri per inane currus, & armatas acies tranantes. Augustinus Nyphus similiter refert, anno. 564. acies igneas in cœlo visas interse à Septentrione

Iosephus, & Eusebius lib. 7 bel. iud. Cometa per annũ super Hierosoly. excidium illi prædixit.

ANNO 1572. Cometa per biennium flagrans Flandriæ excidium & alia quæ nondum vene re effecta nũciauit. Plin. lib. 2. cap. 57. Ioseph. li. 7. cap. 21. Augusti. Nyphus

2010 Ministerio de Cultura

ptentrione concurrere, & pulsis australibus, cum maximo armatorum sonitu.

igneas acies anno 564. visas scribit.

¶ Item anno. 1174. & 1184. equi armati horribiles in cœlo visi sunt: qui circiter septem horis acerrimè pugnarunt. Visi rursus sunt & in cœlo alij duo rustici homines, baculis inter se dimicantes, circa annum. 584. Visus fuit & barbarus quidam, baculum ignitum in manu, ferẽs anno. 774. Prosperus Colona, Lõgobardiæ Dux, scripsit ad Augustinum Nyphum (vt idem refert) duos milites, armis admodũ munitos, in cœlo apparuisse: & tribus horis fortiter dimicasse. In sacris etiam Bibliis lib. 2. Machab. cap. 5. Talia memorię proponc, Antiochus secundam profectionem parauit in Aegyptum. Cõtigit autem, per vniuersam Hierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aêra equites discurrẽtes, auratas sto las habentes, & hastas, quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorũ motus, & galeatorum multitudinem, gladijs districtis, & telorũ iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisq; generis loricarum: quapropter omnes rogabant, in bonum monstra cõuerti. Quæquidem omnia ex cometarũ esse genere lib. huius tractationis

Equi armati horribiles visi in cœlo anno. 1174. & 1174. visi sunt duo rustici in aêre suis pugnãtes baculis ANNO 574. visus est barbarus, anno 774. baculum ignitum in manu habẽs.

F

2010 Ministerio de Cultura

tionis primo tradidimus. Et quomodo eam formarum varietatem à cœleſtium corporum vi ac
Pthol. incenti. aforis. 9. ciperent ex Ptol. autoritate: formæ enim (ait ille) quę generantur, & corrumpuntur, cœleſtibus formis ſubiiciũtur, atque ab eis mouentur. Quæquidem formę tum potiſsimum imprimuntur, cùm materiam aptam (vt ſcripſimus) nanciſcuntur. Et ita Perſei exhalatio figurabit milites, Aurigę formabit currus, Bootes ruſticos, pegaſus equos, & ita de ſingulis alijs cœli conſtellationibus. Quæ autem ſint horum ſingulorum effecta (quandoquidem huius partis eſt præcipuum inſtitutum) formæ ipſorum videntur ex aſpectu declarare.

Hominum enim armatorum agmina, cometarũ loco apparentia, & inter ſe dimicantia, bella inter Reges acerrima indicãt: qualia fuere illa, quę referuntur ex lib. 2. Machabęorum, & ex homil. 5. Greg. ſuper cap. 21. Lucæ: & qualia ea, quæ ex hiſtorijs tradidimus, exẽpla. Et ſic ſingulæ cœleſtes imagines, ſingularia minantur infortunia: vt naues naufragia: ſagittæ telorũm iacula. Et huc vſq; de effectibus cometarum, ab imaginibus cœli formam capientibus, dictum ſit. Effecta eorum, quæ per ſingulas cœli domos cueniunt, ſuccedũt optima methodo tradenda. Verùm, quia illa ſecundum ſideris efficientis naturam, veniunt in domi-

2010 Ministerio de Cultura

domibus considerandæ. Prius cometarũ effecta secundum Planetarũ naturas sunt describenda.

¶ SATVRNI CRINITAE PORtenta: qualis est quæ nigra appellatur.

CAP. V.

SAturni Crinita in Horoscopo reuolutionis annorum mundi, inopiam, luctus, & angustias, terrores, exilia, brutis hominũ vsui aptissimis infectionis detrimẽta, quibus posteá inuescentes, ceu cõtagione cõmuni, contaminãtur: hinc pestes, mulSaturnus.
torumq; mortes succedent. Famem præterea portẽdit, quod fructus terræ intempestiuis temporibus afficiat. Significat enim tẽpora frigidissima, nebulosa, glacialia, nubes densas, caligines, niuiũ vim maximã, ventos validos, naufragia, piscationis iacturam, frugũ ab erucis, & locustis deuastationẽ. Nimbos, inundationes, grandines, & mortiferos animaliũ morbos: præcipuè si signi natura fauet. In particularis natiuitatis Horoscopo morbos melãcholicos, catarrhos, q̃rtanã, tabẽ, epilepsiã, cãcros, morphcã, psorã, leprã, paralysin, hæmorrhoides: & in sũma, chronicorũ morborũ oẽ

2010 Ministerio de Cultura

genus: qui, vt à tardigrado Planeta moti, ſic pigri ſunt, & lenti. Quibus temperamentum melãcholicum eſt, Saturniique alumni, taciturni videlicet, tardi, macilenti, liuidi, ſolitarij, voraces, triſtes, auſteri, laborioſi, auari, inuidi, pertinaces, pecuniarum congregatores, in alios animaduertẽtes, vindictam appetentes, amicum amplius perdere cupientes, quam verbum, maligni, ad malè agendum procliues, ad ſoluendum lenti, profundi intellectus, inexorabiles, in cogitationibus alti, in agendo tardi, Magicæ ſtudioſi, gemebundi, ſuſpirioſi, iram diu fouentes, & ſerò in gratiam redeũtes, grauia impedimenta, & iacturas à Saturnino cometa experientur. Regna ſimiliter Saturni dominio ſubiecta variis periculis ſubiacebunt: vt ex antiquis accepimus. Huius naturæ cometæ hiſtoriã narrat Mizaldus, vir omni laude dignꝰ: quinos exẽplis illuſtribus ditauit. Circa. 1522. annum ait ex amicorum traditione intellexiſſe, cometã ad Occidentalem tractũ Saturnię naturæ viſum: poſtquem ingẽtem & famem, & peſtem, ait, ſubſecutas fuiſſe.

¶ IOVIS CRINITAE PORTENTA qualia ſunt: vt tenaculum & columnæ.

CAP. VI.

Iouis

Iupiter.

Ouis Crinitam anni fertilitatem ferunt Arabes significare, ventos salutares, & pluuias opportunas, maximè in Aquatico ligno. Corporibus verò ad morbos paratis has affectiones affert: synochos, febres, variolas, morbilos, exãthemata, vulgó tauardillo vocata, pleuritides, capitis grauitates, ophthalmias, colicos cruciatus, peripneumonias, inflãmationes, gonorrhœã, calculosam passionem, hęmoptoicam, licnteriam, & alias eiusmodi affectiones, à quibus maximè periclitabuntur sub Ioue nati homines; quorũ indicia hæc sũt. Verecundi, veraces, pacifici, iusti, colorè purpurascentes, liberales, misericordes, magnanimi, facceti, modicè iracundi, probi, ridibundi, iram citò deponentes, calui, honorifici, benęuoli, hilares, fideles, benefici, lęti, carnosi, lasciui, humani, religiosi. Regna ditioni Iouis subiecta, varia patiuntur (vt aiunt) detrimenta, principisque alicuius viri, aut insignis fœminæ, Ecclesięuè præfecti mortẽ, bellumque, aut contentiones. Tradunt, Alphonsum, Apulię Regem primum, post Iouialis cometæ apparitionem interisse: vniuersumque Neapolitanum regnum longo, & graui bello implicitum fuisse.

2010 Ministerio de Cultura

¶ MARTIALIS COMETAE PORtenta: qualia ſunt lancea, & veru. CAP. VII.

QVem Martis ſtella accẽdit cometam, cùm ex ſua natura æſtuoſiſsima ſit, bilẽ in hominũ corporibus accẽdere, & agitare paratiſsima eſt. Ex qua cõtentiones, prælia, rixę, vexationes, ſeditiones, tumultus, & alia eiuſmodi Martialia prodeũt effecta: mortis alicuius magni viri, aut fœminę, belliq; atrociſsimi nuncia eſt, peſtiſq; ſæuiſsimę præſaga.

Thuccydides lib. 2. Hiſtoriarum.

¶ *Qualis Erichthonios quondam populata colonos,*
Antiquas, fato crudeli, exhauſit Athenas.
Alter in alterius morientia membra ruebat:
Nec locus erat artis medicæ, nec vota valebant.
Ceſſerat officium morbis, & funera deerant,
Mortibus, & lachrymæ. feſſus defecerat ignis:
Ac tanto (mirum) populo vix contigit hæres.

¶ Placuit huius meminiſſe peſtis, propterea q; Galenus, ex Thucydide, pluſquã ſemel meminerit. Fontium, fluuiorũq; ſiccitatẽ, & ſqualidam ariditatẽ, ſatorũ, ac fructuũ corruptelã ſignificat. Acutiſsimos præterea morbos, tertianas, phrenitides, cryſipelata, cauſones, aborſus, ſanguinis hę morrhagias, deliria, choleram morbũ, & alias eiuſmodi bilioſas affectiones. Eueniẽt in aêre frequentiſ-

Ministerio de Cultura

quentissimè tonitrua, coruscationes, & fulgura: maria præter solitũ agitabuntur: frequẽtiora cõtingent naufragia: præcipuè tamen afficientur ab huius cometæ apparitione Martiales: quales sunt iracũdi, graciles, rufi, temerarij, cõcitati, fallaces, præcipites, crudeles, vinosi, bellicosi, cõcitatores, superbi, contumelijosi, proterui, violẽti, rixosi, alacres, impudẽtes, impij, seditiosi, prodigi, versuti, indomabiles, feruidi, omnia sibi arrogãtes, garruli, sui profusi, vigiles, inquieti, gloriæ, & vindictæ studiosi, aliena appetẽtes, homicidæ, & cicatricosi. Sũt qui ad huius cometę naturã referant cometã, q̃ Peloponesiacũ bellũ præcessit, quod inter se Græciæ ciuitates gesserũt: qui, post insignẽ illã Solis eclipsin, per dies septuaginta quinq̃; horribiliter fulsit: cuius extinctionẽ, post inauditam pestẽ, post euersas præcipuas Græciæ ciuitates, post tot exercitus cæsos, post tàm variam belli funestissimi fortunam, tandem extrema clade, sequuta est Athenienſium prostratio. Ità demum ipse cuẽtus docuit, non sine magno vniuersæ Græciæ malo, Athenienses Astrorum monitus contempsisse.

¶ SOLARIS COMETAE PORTENTA: qualis est, quæ in orbem comam spargit, aureum colorem præseferens. CAP. VIII.

2010 Ministerio de Cultura

Sol.

VUm Solaris cometa apparuerit, Regis, aut præpotentis viri, vel fœminæ mortem prænuncia bit, cum rerum, & regni mutatione: ſed quibus meliora ſuccedãt. Diuturnos ſignificabit etiam tumultus, bella, cum ſiccitate, & æſtu. In ſigno Horoſcopi natiuitatis, vel reuolutionis alicuius, infirmitates, & pericula decernit: multa hominibus ſolaribus pericula: quales ſunt pulchri, elegãtes, hilares, lęti, generoſi, graues, eximij, prudẽtes, ambitioſi, modicè iracundi, honorati, potẽtes, opulẽti, & ingenioſi. Paulò ante quám Alphonſus, Portugalliæ Rex, Africam claſſe maxima aggrederetur, Argillãq;, & Tingin vi caperet, viſus eſt ſolaris cometa: per quæ ferè tempora Burgundionũ dux Carolus aduerſus finitimos populos, & Reges arma mouit. Animaduertendum híc venit, quod à duobus luminaribus rarò particularia iudicia ſumuntur.

¶ VENERIS COMETAE PORtenta, cuius generis eſt *Aurora, ſeu Matutina* antiquis nuncupatus. CAP. IX.

Venus.

VEnereus cometa rerum publicarum, & legum mutationes minatur. Qui si in fausto sidere genitus fuerit, aquarum, & fructuum terræ corruptionem minatur: perniciem deinde fœminarum, matronarum, & sacrarũ virginum: stomachi, matricis, renum, & pudendorum labores, diabetem, atq; lienteriam. Infirmitates huius cometę sunt, branchi, coryzę, catarrhi, apoplexię, paralyses: gomorrhœę, renũ, vesicæ, vteri & capitis dolores: lachrymarum, rheumatis, & saliuæ defluuia: hydropes, sudores, & quotidianas febres. His affectibus Veneris alumni præcipuè subiacebunt: quales sunt nitidi, compti, venusti, saltatores, lasciui, deliciarum amatores, misericordes, mãsueti, hilares, sociabiles, benefici, suaues, cantores, vnguentis delibuti, voluptuosi, fœcũdi, pusillanimes, & desides. Talem fuisse perhibent cometen, qui paulò ante fulsit, quàm Cosdroas, Persarum Rex, Hierosolymam diripuisset.

¶ MERCVRIALIS COMETA

portenta, qualis est, qui longa protensa caudæ
Asconæ dominus Arabibus vocatur. CAP. X.

2010 Ministerio de Cultura

Mercurij. MErcurialis cometes, insignẽ calamitatem, cũ magni alicuius viri morte portendit; bella pręterea, famẽ, ac pestẽ. Qui industria aliqua pollẽt, & musas colũt, huic pręcipuè subiacebũt. Et varios capitis morbos, rationi incõmodantes, inferet. Nec morbi quidem ab eo nati constabũt: sed inopinatas mutationes accipient. Quibus præcipuè Mercurij alũni subiacebũt: quales sunt sagaces, ingenioſi, vafri, doloſi, ſuſpicioſi, pterui, ſuperbi, myſterijs vacãtes, mẽdaces, incõſtantes, loquaces, lęues, perſpicaces, ęmuli, impetuoſi, dicaces, & feſtiui. Qui, præter ſuperiùs enarratos, hos experiẽtur morbos, epilepſiam, lethargũ, phrenitidẽ, plethorã, & alios (vt diximus) capitis affectus: ſecundùm Mercurij cũ alijs ſtellis configurationẽ. ¶ Anno 1260. in Orietali cœli tractu, mẽſibus ferè ſex, Crinitũ ſidus effullit, ab ortu ad medium vſq; cœlum crines longẽ, latèq; diffundens: ex quibus, & effectorum varietate, Mercurialis eſſe ſobolis apparuit: qui videri nõ priùs deſijt, quàm Vrbanus, Gallus, ſummus Pontifex, è viuis deceſsit. Poſt cuius obitũ Carolus cum exercitu à Gallijs mouit, &, ſuperato Manfredo, Neapolitanum occupauit regnũ. Biẽnio poſt, in Hiſpaniã tranſierũt Pœni, magnas ibi clades inferentes: quanquam vltimò cęſi, &

si, & pulsi fuerunt. Magni tumultus per hæc tempora fuere cõcitati in Hetruria. Anno à cometa. 3. Banducar, aut Bandodacar (vt scribit Paulus Aemylius) Babyloniorũ, & Assyriorum Rex, Armeniã inuasit, Antiochiã expugnauit, & grauissimas Christianis cędes intulit. Alia multa anno. 4. 5. & 6. à cometæ apparitione contigerunt, quę à Iouiano, & Nypho doctissimè traduntur: & à me, breuitatis causa, consultò prætermittuntur.

¶ LVNARIS COMETAE PORTENTA: *qualis est, qui crines retro fundens, Arabibus Miles vocatur. CAP. XI.*

Vnaris cometa mira celeritate visus est quãdoq; duodecim cœli signa, Lunæ naturam imitatus, percurrisse. Mu liebri, populariq; statui videtur malum portendere. Rituũ, ac legum innouationes, sterilitatem, & leuia bella, catarrhos, paralyses, hydropes, obstructiones, epilepsiam, scabiem, cholicos affectus, lienteriã, diarrhęam, psoram, lepram, elephantiam, & quotidianas febres: quibus obnoxia præcipuè erit Lunę propago: quales sunt albi, cogitabundi, mobiles, errantes, pusillanimes, timidi, susurrones, instabiles, prodigi, futiles, vagi, & rerũ nouarum disseminatores. Luna.

¶ Anno. 1515. post cometæ Lunaris apparitionem

tionem, ſub Leone, Florentino, Pōtificc, magna rerum Chriſtianarum tumultuatio, deprauatio, & corruptela, ſequuta eſt.

¶ COMETARVM EFFECTA *in duodecim cœli domibus. CAP. XII.*

Radidimus cometarum effecta ex duabus primis locorum differentijs: nunc verô, ex cœli cuſpide, in qua vel collecta materia fuerit, aut potius cometes primū emicuerit, referemus. In quibus hoc primū adnotandū erit: cometarū effecta per cuſpides, ſecūdū progenitoris planetę, vel ſideris naturam, variari. In .1. enim domo vniuerſitatis, aut reuolutionis, detrimētū hominū, ac nati, in vniuerſū ſignificat. Verū alio modo Martialis, alio Saturnin⁹, alio alterius planetæ cometes. Martialis enim, ſupradicta detrimēta p bella, diſcordias, bilis exuperātias, rixas, & alia ciuſmodi peculiaria eius attributa: Saturninus, per fames, ſiccitates, & peſtes: Venereus, per aquarū, & fructuū corruptionē, & alias ciuſmodi particulares ſingulorū ſiderum proprietates. Vnde fit, vt effecta, qualia in vniuerſum ventura ſint, ex cœli domo, vel cuſpide colli-

colligamus. Speciem, vel causam effectuum, ex
natura progenitoris cometę, circa quę, vel anima
lia, vel regiones ex cœli, in qua fuerit, cõstellatio
ne, vel imagine. His ità distinctis, cometa in pri- Cometa
ma domo reuolutionis anni detrimẽta hominũ, in domos
natiuitatis, vel reuolutionis nati particularis in-
commoda significat, secundum considerationẽ
vniuersalem superiùs traditam. Significat insu-
per boni quandam velut separationem, tribula-
tiones & pericula. In secunda domo, diminutio- In.2.
nem substantiæ, bonorumque omnium tempora
lium, paupertatem, indigentiam, occupationem
in malis & inutilibus, & casum à proprio statu à
parte, quam nec metuet, nec suspicabitur. In ter- In.3.
tia domo, detrimẽtum fratrum, & ex sororibus,
& fratribus damna significat: molestias, & animi
perturbationes, causa illorum. Quod si fuerit ter
tia domus signũ masculinum, eueniet causa fra-
trũ: si verò fœmininum, veniet causa, sororum: &
fortè morietur aliquis ex fratribus: vel crũt supra
dictæ discordiæ, & rixæ, non solùm inter fratres,
sed & inter cõsanguineos, & amicos. Si fulserit in In.4.
domo quarta, parentum, & maiorum detrimen-
ta significat, paupertatem, laborem, indigentiã,
& inimicitias, quas sustinebit propter acquisitio-
nem sine vtilitate. Si fulserit in domo quinta, de- In.5.

tri-

2010 Ministerio de Cultura

trimenta ſignificat in filios, fortunæ diminutionem, ſubſtantię amiſsionem, & alios huiuſmodi horribiles filiorum caſus. Eruntq; triſtitię filiorũ cauſa: & induent homines indumenta vetera, &
In.6. minus compta. Si fulſerit in ſexta, debilitatem, & pigritiam ſeruorum, atque ancillarum ſignificat, minorumque animalium diminutionem, & iacturam. Significat etiam infirmitates eius naturæ, cuius fuerit cometa, & in eis ſpirituum reſolutionem, contabeſcentiam, & demacrationem. Si fulſerit in ſeptima, contentiones ſignificat, & rixas inter viros, & vxores, & minus gaudere, & lętari cum eis, quàm aſſueuerant. In ſeptima verò
In.7. alicuius particularis natiuitatis domo, vehementiora erunt hæc & certiora. Erunt & inter amicos diſcordiæ, & inter litigantes minus aptæ con
In.8. uentiones. Si in octaua fulſerit, rerum perditionẽ cauſa mortis ſignificabit, & quod mortuorum hæredes perdent ex bonis hæreditariſs multa. Si
In.9. fulſerit in nona, mutationes de loco ad locum, religioniſque refrigerationem indicat: itinera longa & infructuoſa, & ſumptuoſa, potiuſquám
In.10. lucroſa. Si fulſerit in decima, impedimentum Regum, magnatum & nobilium ſignificat: & eorum honoris, & dignitatis diminutionem, atque
In.11. pericula. Si fulſerit in vndecima, detrimenta, &

in-

incommoda significat ab amicis, & minorem amorem, & fidelitatem eorum. Si fuisserit in duodecima, detrimenta maiorum animalium, & eorum diminutionem significat: & ab inimicis, & carceribus incommoda. In.12.

¶QVOD INFERIORES SPHAE

ræ superioribus subijciantur. CAP. XIII.

Lementares, ac inferiores Sphæras cœlestium, superiorumq; imperio subiectas fore, Philosophi, ratiociniũ, Astronomi, & experiẽtia quotidiana cõfirmãt. Quibus tanquã gubernatores, & præsides, præsunt, bonis influxib⁹ (æterna prouidẽtia) pia opera velut gratificãtes: infaustis, & malis, vitia velut puniẽtes. Oportuit præterea præsidẽ, & illum, cui præest, similes fuisse facultates nactos: quidquid enim in natura fouetur, gubernatur, & regitur, à simili, non autem à cõtrario gubernari necesse est. Si elementares Sphæræ ex terra, aqua, aëre, & igne cõstitutæ sunt, oportebit gubernatores terreas, aqueas, aêreas, & igneas facultates habẽtes, superiùs esse. Si rursus ex his aliquid cõcretũ est, omniũ in se vires habẽs æquales, aut altero

animo

clemẽ-

2010 Ministerio de Cultura

elementorum excedente, oportebit rectorem, gubernatoremue ſimillimas vires habentem nãciſci. Si præterea eorum, quæ ex elementis componuntur, infinitæ ſunt formę, rationi conſonum eſt, eorum, qui eas vel à principio crearunt, vel iuſſione diuina diſtinxerunt, aut illorum ſunt gubernationi dicati, innumeras eſſe ideas. Et ſi occultæ in his inferioribus ſunt, indies nobiſcum verſantibus, vires, & incognitę formę, quid mirum, ſi in ſuperioribus, longinquis, & à nobis remotiſsimis, eædem ſint? Voluit igitur ſummus rerum omnium conditor ad ſobrietatem homines ſapere: & ex his, quæ in mundo ſunt, generalia, & ex particularibus, quædam intelligere: Eademque ratione ex his, quæ in ſummo cœlo ſunt, magis generalia, & ex particularibus quędam intelligere. Et quemadmodum diuiſit elementa rem regionem in terram, aquam, aërem, & ignẽ, & omnia viuentia, terrę naſcentia, & alia compoſita ex his fieri, cõponi, & coagulari ſtatuit, in his oriri, ibidemque viuere, & eiſdem nutriri, ſic cœlũ, cuius prędipua, magiſque nobis cognita pars Zodiacus eſt (ideò nomine tali vocatus, quia benigno eius influxu animantium fouetur vita) in quatuor triquetras cõfigurationes diuidi ſtatuit: in ignęam, aêręam, aquęam, & terręam: quibus omnia

omnia in vniuersum mũdi climata, generalib⁹, velut imperatorib⁹, subiecta forẽt, vt diuinè Ptolc. lib. quadrip. 2, ad quem lectorem remitto, exquisitissimè docet. Prẽter vniuersale hoc imperium, præsunt singula Zodiaci signa, cum eorum dominatoribus Planetis, non solùm vniuersalibus mundi regionibus, sed & particularibus eorum prouincijs. Nec his solùm: sed & priuatis ciuitatibus, oppidis, & agrestibus villis: & in ipsis ciuitatibus, particularibus cognationibus, & hominibus, animantibus, & plantis. Verùm, quia, inter omnia, quibus Zodiaci signis, quę regiones, prouinciæ, ac ciuitates sunt subiectæ, huic nostræ doctrinæ speramus ex vsu fore, ideó catalogum, aut schema eorum, secundùm Ptolemæi, & aliorum doctrinam, transcrentes, subscribemus.

Ptol. lib. quadrip. 2

♈ Arieti, & Marti eius hospiti

ex Claudij Ptolemæi, distributione subsunt

ex Regionibus.

B Astarnia.
Palęstina.
Britannia minor.
Burgundia superior.
Vuestrię pars.
Germania.
Sueuia,
Silesia superior.

2010 Ministerio de Cultura

Polonia minor.
Angliæ regnum.
Gallia braccata, hodie Longobardia.
Trapezus.
Vngaria.
Idumæa, & Iudæa.
Babylon vetus.
Thracia.
Armenia.
Arabia.
Perſia.
Cappadocia.
Meſopotamia.
Arabum mare.
Syria.

¶ *VRBES.*

Neapolis.
Florentia.
Fauentia.
Imola.
Ancona.
*Forliuium.
Capua.
Ferraria.
Verona.
Bergomus.
Lindauia.
Traiectum.
Brunſuicum.
Cracouia.
Maſsilia.
Vueſtriæ pars.
Patauium.

¶ *In HISPANIA.*

Cęſarauguſta.
Dertuſa.
Vallisdoleti.

Armo ſiniſtro Arietis ſubijcitur.
dextro.
pectori.
ſpinæ.
alvo.

*Ex ſententia aliquorum.

Ex Hipparco, & veterum Græcorũ calculo (vt autor eſt Hephæſtiõ Thebanꝰ) fit hæc diuiſio.

¶ TAVRVS CVM VENERE APVD *Ptolem. ſibi mancipat regiones has.*

Parthiam.
Perſiam.
Archipelagi inſulas.
Aſiã minorẽ maritimã.
Ruſciam albam.
Poloniam maiorem.
Suetiæ

2010 Ministerio de Cultura

- Suctiæ partem.
- Irlandiã, ſeu Hyberniã
- Lothoringiam.
- Campaniam Gallicã.
- Heluetiam.
- Rethiam.
- Franconiam.
- Aegyptum.

Mediã.------*Cornibus.*

*Scythiã.- *dextris partibus verſus aurigam ſubijcitur.*

Armeniã. *ſiniſtris.*

Cyprum. *vexillis.*

Salernum.
Brixiam.
Tigurum.
Lucernam.
Nanceium.
Metim.
Herbipolim.
Caroloſtadium.
Lypſiam.
Boſnam.
Gueſnam.
Nouoguardiam.

*Ex Hipparc

¶ *Ex Vrbibus.*

Bononiam.
Senas.
Mantuam.
Tarentum.
Panhormum.
Peruſium.
Parmam.
Caput Hiſtriæ.

¶ *In HISPANIA.*

Burgum, ciuitat.
Leipſiam.
Gerundam.
Toro.
Oſcham.
Badajoz.
Aſtorgam.
Iaen.

¶ GEMINIS, ET MERCVRIO,

ſubſunt ex Ptolemæo.

¶ Hyrcania.
Armenia.

2010 Ministerio de Cultura

Marriana.
Cyrenaica.
Marmarica.
Aegyptus inferior.
Sardinia.
Longobardiæ pars.
Flandria.
Brabantia.
Vuittẽbergẽſis ducatus.
Anglia.
Perrhæbia.
Cappadocia.
Bœotia *pedibus Geminis.*
Thracia. *manibus.*
Galatia. *Dorſo.*
Pontus. *natibus.*
Phœnicia. *ſcapulis.*
India. *vertici.*

Ex Hipp.

¶ *VRBES.*

Viterbium.
Cæſenna.
Turinum.
Vercellæ.
Rhegium.
Louanium.
Brugę.
Londinum.
Maguntia.
Ritzingum.
Hasfordia.
Bamberga.
Norimberga.
Villacum.
Tridentum.
Virtemberga.

¶ *In HISPANIA.*

Corduba.
Vlisbona.
Saguntum.

¶ CANCER CVM LVNA EX *Ptolemæi ſcriptis ſibi vendicat.*

¶ Numidiam.
Africam.
Bithyniam.
Phrygiam.
Colchidem.
Carthaginem.

Francię

2010 Ministerio de Cultura

o Franciæ regnum.
o Burgundię Comitatũ
o Hollandiam.
o Zelandiam.
o Scotię regnum.
o Prusiam.
Thraciam.
Aethiopiam.
o Scythas.
Bactrianã. *Brachijs priori-*
Sagithnã. *bus, dextris, si-*
o Armeniã. *nistris.*
Cappadociã.
Rhodum. *pedibus*
Coum. *dextris.*
Clyades Insulas.
Lydiam. *me-*
*Asiam minorem. *dijs.*
o Aegyptum.
o Babyloniam
o Sabaudiam.

¶ *In HISPANIIS.*

Regnum Granatę.

¶ *VRBES.*

Constantinopolin.
Tunetum.
Venetias.
Genuam.
Lucam.
Pisam.
Mediolanum.
Vicentiam.
Bernam.
Treucrim.
Eboracum.
S. Andræam.
Lubecum.
Magdeburgum.
Golisium.

¶ *In HISPANIA,*

Compostellam.
Barcinonam.
Granatam.
Vlisbonam.

*Cãcer o- stipes est.

¶ *Leoni, & Soli, apud Ptol. supponuntur.*

Italia.
Gallia togata siue tõsa
Phœnicia.
Chaldęa.
Orchinia.
Alpes.

Sicilia.
Apulia.
o Bohemiæ regnum.
o Turciæ pars.
o Aemylia.
o Sabina.

Ex Hipparcho, &c.

Propontis.--*Capiti Leonis.*
Græcia.-----*pectori.*
Macedonia.*Aluo & cau-*
¶ *VRBES.* (*dæ*
Damascus.
Syracusa.
Roma.

Rauenna.
Cremona.
Vlma.
Confluentia.
Praga.
Linzium.
Cremisium.
Croton.
Perugiæ pars.

¶ *In HISPANIA.*
Murcia.
Legio.

¶ *VIRGO cum Mercurio habet ex Ptol.*

¶ Mesopotamiam.
Babyloniam.
Assyriam.
Achaiam.
Græciam.
Croaciam.
Carinthiam.
Atesinam.
Athenienſem Ducatū.

* Ex Hip. &c.

Cretam.

Gallię comatę partem.
Rheni partem.
Silesiam inferiorem.
o Cycladas.
o Laconicam.
o Oceani insulas.
Ioniam.---*Dorso Virginis.*
Rhodum.---*medijs partibus*
Pelopõnesum.*tractui ve-*
*Arcadiam. *stis.*

Cyre-

Cyrenem.----*dextræ*
Doridam.--------*manui*
Siciliam. *ſiniſtræ.*
Perſidem. *ſpicæ manus.*

¶ *VRBES.*

Hieroſolymam.
Corinthum.
Rhodum.
Nouariam.
Cumas.
Aretium.
Brunduſium.
Papiam.
Signiam.
Toloſam.
*Lugdunum.
Pariſiorum Lutetiam.
Baſilæam.
Heydelbergam.
Herphordiam.
Vratiſlauiam.
Parentiam.
oImolam.
Tarentum.
Beneuentum.

¶ *In HISPANIA.*

Toletum.
Auilam.
Algeziram.
Ilerdam.

*Ex ſententia aliquorum.

Libræ.

¶LIBRAE, ET VENERI, EX *Ptolemæi Catalogo ſubſunt.*

¶Bactriana.
Caſpia.
Sercs.
Thebaida.
Oaſim.
Troglodítica.
•Thuſcia.
oSabaudia.
oDelphinatus.
oAlſatia.
oSundgauia.
oLiuonia.
oAuſtria.
Pannonia.

Ex Doro. Cyrenaica.
Italia.
Roma cum finimis locis *ſummitati.*
Thacorũ inſula non lõge ab Arabia. *--mediis par-*
Aegyptus. *(tibus.*
Acthiopia.
Ex Hipar par. & c. Arabia. *------extremis.*
Carthago.
Lybia.
Cyrene, & vicina loca.
Sparta. *dex-*
Smyrne. *tris.*

¶ *VRBES.*

Olyſippo.
Arelatum.
Caieta.
Lauda.
Sueſſa.
Placentia.

Velkirchium.
FriburgumBriſgoiæ.
Argentina.
Francofordia.
Friſinga.
Hala Sueuorum.
Vuimpina.
Heylprunna.
Moſpachium.
Landshuta.
Vienna Auſtriæ.
Auguſta.
Vlma.
Spira.
Veldrichium.

¶ *In HISPANIA.*

Salmantica.
Burgus ciuitas.
Almeria.
Vlisbona.

¶ SCORPIONI, ET MARTI EX *Ptolem. ſubiecta leges.*

Matragonitidam. Commagenam. Cap-

Cappadociam.
Iudæam.
Idumæam.
Mauritaniam.
Getuliam.
o Nortueggiam.
o Suctiam Occidentalẽ.
o Bauariam superioreẽ.
o Scotiam.
o Foroiulium.
Italiam. *Priori parti Scorpionis.*
Icariam, & vicina loca. *Mediæ.*
Ioniam. *ori.*
Baterniam.

¶ *In HISPANIA.*
Cathaloniam.

¶ *VRBES.*
Algeram.
Trapezuntem.
Vrbinum.
Aquileggiam.
Pistorium.
Camerinum.
Tarusium.

Patauium.
Forum Iulij.
Metanam.
Viennam Franciæ.
Allobrogum.
Aychstadium.
Monacum.
Gedanum.
Ariminum.
Vrbem veterem,
Cremam.
Paduam.
Ceruiam.
Brixiam.
Mutinam.
Damascum.
Genuam:

¶ *In Hispania.*
Valentiam.
Segouiam.
Xatiuam.
Malagam.
Tudelam.
Bragam.
Burgum:

Ex aliquo rũ senten.

¶ SAGITTARIO, ET IOVI,

Ptol. meus tribuit.

¶ Arabiam fœlicem.
Tyrhienniam.
Cchicam.
o Dalmatiam.
o Sclauoniam.
o Vngariam.
o Moraui am.
Misniam.
Prouinciam.
Lygurie m. vbi Genua.
Lunesanam.
o Gallias.
Cretam.
Europęam. (*spinæ.*
Cretam, & vicina loca.
Siciliam. -*humero siniſtro.*
Cyprum, & mare Rubrum. *dextro.*
Syriã. *prioribus pedibus.*
Aegyptum, & finitima loca. *pectori.*
Triballos. *al-*
Bactrianam. *uo.*
Tyrreniã. *extremis pedibus.*

Hiſpaniam.
*Portogalliam.

* Ex aliquorũ sententia.

Ex Doro.

Ex Hipper. & c.

¶ *VRBES.*

Hieroſolymam.
Mediolanum,
Volaterram.
Mutinam.
Aucnionem.
Coloniam Agrippinã.
Sturgandiã.
Rotemburgum.
Tuberinum.
Indemburgum.
Budam.
Caſcouiam.
Aſtum.
Firmum.

¶ *In HISPANIA.*

Toletum.
Calagurram.
Medinam cœli.

¶ C A:

2010 Ministerio de Cultura

¶ CAPRICORNIO, ET SATVRno, *suppone ex Ptolemæo.*

¶ Indiam.
Arrianam,
Gedrosiam.
Macedoniam.
Illyridem.
Thraciam.
o Bosnam.
o Albaniam.
o Bulgariam.
o Moscouiam.
o Lituaniam.
o Saxoniam.
Hesciam.
o Turingiam.
Marchiam Stiriæ.
Orchades insulas.
Moream.
o Romandiolam.
Cimmerios. Ex Dorot.
Panemum
o Græciam.
o Bauariam. (ues.
Portugalliã, vt ait Cha

Aegeũ pelagus *cum accolis gentibus, &* Corintho. *lateribus Capricornij.*
Mare magnum. --*dorso.*
Iberiam. *caudæ.*
Cylleniam, cũ suo mari. --*capiti & pectori.* Ex Hip. par. & c.
Mediam.
Aegyptum. *aluo.*
Syriam.
Cariam.

¶ *VRBES.*

Iuliacum.
Cleuoniam.
Maliniam.
Gandauum.
Bergam.
Vlmam.
Oxoniam.
Brandemburgum.
Augustã Vindelicorũ.
Constantiam.
Deltronam.

Faucir-

Fauentiam.
Tortonam.
Pratum.
¶ *In Hiſpania.*
Dertuſam vulgò Tortoſa.
Carmonam.
Soriam.

✠ AQVARIO, ET SATVRNO, ✠
tribuit Ptolemæus.

¶ Oxianam.
Sogdianam.
Arabiam deſertam.
Azaniam.
Amazaniam.
Sarmatiam.
o Tartariam magnam.
Vualachiam.
o Ruſsiam rubeam.
o Daniam.
o Suetiæ meridionalem partem.
o Vueſtphaliam.
o Moſſellanos.
o Pedemontium.
o Bauarię partem.
Ægyptum.
Meſopotamiam.
o Amaxobiam.

*Ex Hipar. &c.

*Ex Doro.

Sauromatas.
Syriã.---*manui ſiniſtræ, &*
Euphratẽ.*pectori. dextræ*
Tygrin.
Tanaim, & flumina alia quæ contra Auſtrũ, & Fauonium fluunt. *pro* ⁂ *VRBES.. (ſuſo lateri.*
Hamburgum.
Brenam.
Montemferratum.
Piſaurum.
Tridentum.
Salisburgum.
Ingolſtadium.
Forum Sempronium.
Papiam.
Vrbinum.
Forliuium.

Bauariæ

Bauariæ partem.
¶ *In HISPANIA.*
Zamoram.
Palentiam.
Medinam.
¶ Posterior huius signi pars, cum priore sequẽtis signi, gubernat Hispalim.

¶ *PISCIBVS, & Ioui tribuit Ptolemæus.*

¶ Phazaniam.
Nazamonitidem.
Garamantes.
Lydiam.
Pamphyliam.
Ciliciam.
Calabriam.
Normandiam.
*Mare rubrum, & vicina loca.
Northmãniam.
Hiberniam.
Syriam. *medijs par*
Mare rubrũ *tibus.*
Arabicum. *dorso.*
*Thraciam. *Filio Septẽtrio*
nalis Piscis.
Asiam. *Austru-*
Sardiniam. *li.*

¶ *In HISPANIA.*
Portugalliam, siue Lusitaniam.
Galitiam.

¶ *VRBES.*
¶ Alexandriam.
Sibiliam.
Parentium.
Rhothomagum.
Vuormatiam.
Ratisbonam.
Florentiam.
Anconam.
Mutinam.
Coloniam Agrippinã.
Venetiarum partem.

¶ *In HISPANIIS.*
Hispalim.
Compostellam.

*Ex Dorot.

*Ex Hippar. &c.

Oren-

2010 Ministerio de Cultura

Orenſem.
Portugallię portum.
¶ Atque hæc de regio-

nibus, & locis, atq; vr-
bibus, vnicuiq; exſignis
ſubiectis.

¶ REGIONES, ET LOCA SEptem Planetis deſtinata.

¶ *SATVRNO itaque tribuere ſolent.*

¶ Bauariam.
Saxoniam,
Suriam.
Romandiolam.
Rauennam.
Conſtantiam.
Ingolſtadium.
Italiæ partem.
Iudæos.
Mauros.
Hiſpaniam.

¶ *Ioui autem.*

¶ Babyloniam.
Perſidem.
Coloniam Agrippinã.
Vngariam.
Gallię partem.

¶ *Marti verò.*

Septentrionalẽ tractũ.

Italiæ partem.
Germanos.
Anglos.
Sauromatas.
Getulos.
Longobardos.
Gottos.
Patauium.
Ferrariam.
Cracouiam.

¶ *Veneri.*

Arabiam.
Auſtriam ſuperiorem.
Campaniam.
Viennam.
Auguſtã Vindelicorũ.
Poloniam maiorem.
Senas.
Heluetios.

Turegiam

2010 Ministerio de Cultura

Turegiam.
¶ *Mercurio.*
Græciam.
Aegyptum.
Flandriam,
Lutetiam.
Vratislauiam.
Vicnnam Pannonię.

¶ *In Hispania.*
Valentinum regnum.
Cathaloniæ partem.

¶ DVuo luminaria Sol, & Luna: quia generales sunt vniuersitatis mundi significatores, & dñatores, singulis planetarum prouincijs, suo quodã iure pręsunt. Ex quo factum est, quod antiqui certas vrbes illis certò nullibi ascripserũt: adscribi posse, nõ inficior. Quibusdãviſũ est vnũquęq; planetarũ cũ his signis, quæ ꝓpria sibi faciũt domicilia, iure, ac nomine, peculiares sibi debere vẽdicare mũdi partes, quas antiqui septẽ dũtaxat fecerũt, pro recepta climatũ distributione. Vnde primã, seu mũdi clima primũ, Saturno, atq; illi⁹ signis (nimirũ Capricornio, & Aquario) tribuerũt. Nã, vt Saturn⁹ primũ inter planetas locũ obtinet, ità inter climata primũ. Eadẽ ratione Ioui, & eius signis secũdũ: Marti tertiũ: & ità deinceps ex ordine: vt postremũ, & septimũ sit Lunæ, & Cancro illius signo, deputatũ. Antiquissimi & iligẽtissimiq; cœlestis philosophię cultores (quod prętermittendum non putaui) aiunt, si sub borcalibus signis conglobatus cometes fuerit, borcalẽ

tractum

2010 Ministerio de Cultura

tractum inviolentibus minari. Si ſub Auſtralibus Orientalibus, Occidentalibus, in his ſimiliter climatibus cometarum effecta ventura. Quam etiã conſiderationem ad deflexum caudæ detorquẽt: ſub qua plerunque ſolet latitare venenum: Nam, in quem mundi tractum diuertit, huius partis regionibus arcano quodam cæli, & naturæ conſenſu, minatur.

¶ EFFECTA AB EXALTATIONE *Cometarum ſupra Planetas. CAP. XIIII.*

Vas habent ſignificationes particulares; & effecta (ſecundum grauiorum Arabum doctrinã) exaltationes cometarũ ſupra planetas. Hæ autem exaltationes, ſeu eleuationes, nec ſecundùm epiciclum, nec ſecũdùm augem debent intelligi: quandoquidem cometæ tale aliquid non habeant, ſed ſecundum eam eleuationem, quę vel in aëre, vel in latitudine fit. Quarum eleuationum diſtinctionem aptè (vt alia multa) fecit Hali. Cometarũ exhalatio ſupra Saturnum vehementes, ac longos ſignificat morbos, Supra Iouem, eximios, nobiles, & laudatos homi-

Hali part. 1. de iud. Aſtrorũ. cap. 6.

2010 Ministerio de Cultura

homines interficiendos indicat. Supra Martem, quòd litigabunt, & bella gerent: supra Solẽ, potentum depressionem, ac vilium & plebeiorum exaltationem. Supra Venerem, diminutiones aquarum, & siccitatum exuperantias. Supra Mercurium rixas, & crebras scholasticorum, & Mercurialium alterationes; iuuenumq; morbos cum incommodis. Supra Lunam, detrimenta in multorum substantijs. Supra caput Draconis, nobiliũ interfectiones. Supra caudã, fructuum arborcorũ iacturam. Addit Georgius Valla his significationibus ex caudæ affectione alias eiusmodi, dicẽs: Quod si ad Saturnum caudam conuerterit, fructuum terrę penuriam, & annonę caritatẽ significabit: Ad Iouem, regias domos subuersuras iri: Ad Martem ęgritudines, mortes, interitus, & atrocia bella, & status rerum publicarum immutationem: Ad Venerem, reginarum, magnarumq; fœminarum interitum, cum deploratione rerum ad eas pertinentium: Ad Mercurium multitudini suspendia, cum infamia, atq; dispendio. Quod ad Solem, & Lunam pertinet, nihil scriptum reperitur. Si tempore natiuitatis alicuius, cometes fulserit, periculum nato minabitur. Si nocturna natiuitas fuerit, & in illius Horoscopo cometa fulserit, Luna in eo dominium habente, aut cum

Georgius Valla.

2010 Ministerio de Cultura

co in ambulante, ne vitam abſcindat formidandum. Si cometa hora natiuitatis (vt ait Albumazar) cum ligno Horoſcopante commercium habuerit, aut cum aſcendente reuolutionis, vel cum affectis locis, damnum aliquod, cuiꝰ generis, aut cuius reuolutio fuerit, portendit. Porphyrius verò, grauiſsimus in omni Philoſophiæ genere vir, multa futurorum indicia ex cometarum motione præſagire docet. Nam ſi ad Auſtri partes deferantur, pluuias (inquit) dabunt: Ad Aquilonias, ſiccitates. Ad Occiduas, egregiã anni conſtitutionẽ, tẽperaturãq;, adortiuas peſtes, luem, & tabes. Quibus quidẽ medicas admoueas cautè manus.

Porphyriꝰ

¶QVAE ANIMADVERTENDA

ex Plinio in cometis. CAP. XV.

Plini. lib. 1 cap. 25.

ANimaduerſione dignũ putaui quod Plin. non temeré. ca. 25. lib. 1. animaduertit: in quas ſcilicet partes ſeſe iaculetur cometes, cuius ſtellæ vires accipiat, quas ſimilitudines reddat, & quibus in locis emicet. Tibiarũ enim ſpecie, mulicę arti ait portẽdere. In verendis ſignorum partibus orte, hoc eſt. in medijs (vt interpretatur Milichiꝰ) obſcænis moribus. Si triquetrã figurã, quadratãuè paribus angulis,

gulis, ad aliquos perennių ſtellarũ ſitus edãt, hoc eſt, (vt habet Hermolaus) ſi formã triquetrã pari- Hermola'
b' angulis quadratã, ad aliquos perẽniũ ſtellarũ ſitus figurauerint, vel trino, quadratouè aſpectu aliquam hærentium cœlo ſtellarum de proprio' loco acceperint, futurum, vt literis, ingenio, & eruditioni detrimentum portendãt. In capite verò ſerpentis Septentrionalis, vel Auſtralis, venena fundere. Hæ ſunt, quæ traduntur ſub obſcuro orationis cõtexturá Plinio: Quibus invniuerſum, quatuor voluit in cometis conſiderari. Primô, quibus in locis tám ſigni, quàm domus, tàm longitudinis, quàm latitudinis, aut declinationis: de quibus, quia ſuperiùs abundè dictum eſt, nunc lõgiori oratione nõ digrediemur. Secundò, in quas partes ſeſe iaculetur: ſi in Orientales, Occidentales, Borcales, Auſtrales, aut medias. Tertió, cuius ſtellæ vires accipiat: ſi fixæ, ſcilicet, errantis, aut vtriuſque: idque ſiue quadrato, oppoſito, trigono, ſextili, aut coniũcto aſpectu. Quartò, quas ſimilitudines cometa referat: vt, ſi iaculi, aut lanceę imaginem, bella ſignificari: Si equorum, curruum, aut aurcorum equitum, ſimili effigie effecta ventura. Si animalis alicuius, illius generi, aut aliis ab ipſo periculum imminere: & alia eiuſmodi, quæ tu te prudenter quidem á Plinio adiecta

2010 Ministerio de Cultura

putabis: Nam in generatione, & corruptione, formæ inferiores (vt Ptolemæus ait) à cœleſtibus affi-
ciuntur formis: vt ab actiuis paſsiua. Quòd ſi figurę expertes fuerint cometę, inſuetum aliquid hominibus venturum, prænunciabunt. Pręterea, quę de cometarum apparitione per domos dicta ſunt, Lodouicus de Regijs, ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſcribens, ait: Natiuitates, quę in cometarum apparitione habebunt in aſcendẽte, ſiue mediꝯ cœli angulo, ſignum, in quo vis cometæ lucebit, & domin⁹ exaltationis, vel dom⁹, fortis fuerit, ſingulare quippiam, ac maximum illis venturum, etiam vltra ſignificatum propriæ figurę, nunciabit. Et, ſi in decima conuerſionis annuę apparuerit, cũ veloci Crinitæ motu, Regem, aut dominatorem venturum. In nona, Maximũ Pontificem. In vndecima, gentium ductorem. Et ſi cum hoc fortunę ſolæ diſpoſuerint, ſine malefi-
ciorum damnatione, aliquid diuinum affirmandum inde emerſurum. Significationes pręterea in-
ualeſcere, ſi propè Zodiaci cingulũ, aut verticalis puncti culmen, vel nõ ita procul, apparuerint. Hactenus ille, & nos de Plinij ſententię interpre-

Lodouic⁹ de regijs.

tatione.

¶ DE ALIIS COMETARVM ACcidentibus. CAP. XVI.

DVo supersunt nobis cometarum accidentia superaddēda. Primū, quo tempore, postquàm apparuerit, effectus ostendet. Secundū, quantùm temporis eorum effecta durare poterunt. Ad primum quidem (relictis varijs multorum opinionibus) quandoquidem, & ipsi magnarum coniunctionum, vel eclipsium sunt fœtus, cum ipsissimet cometis, & antè, effectus ipsos oriri affero. Cum vaporum enim eleuatione, & aêris, vel alterius elementi corruptione, necesse est effectus oriri: quandoquidē ipsi statim corpora afficiāt. Quòd manifestissimè intelliget qui, quę superioribus libris scripta sunt, attentiori animo legerit. Non tamen ita manifestè, sicut postea suo tempore cernuntur. Ptolemæus autem, matutinos cometes celeres, vespertinos, tardos inducere effectus asserit. Quando autem ipsi celeres, & tardi venturi sint, Augustinus Nyphus hoc modo interpretatur. Si in ortu apparet, in primis quatuor mensib⁹ effectuum initium futurum. Si in angulo meridiano, in secundis quatuor mensibus venturum. In occiduo verò, in postremis quatuor mensibus initium expectandum futurum. Quo quidem, secundùm doctrinam eorum, quos legisse memini, &

Ptolem.

Augusti. Nyphus. lib. 2. ca. 9. iudiciorū.

2010 Ministerio de Cultura

ni, & verius, & certius, rationique propinquius mihi nihil viſum eſt: Quandoquidem cum eclipſium conſideratione id ipſum habet commune. Ambigentibus autem, vbi tamdiù venenum latitet? Reſpondebim⁹, vbi illud, quod à rabido cane infertur, per tot dies, & mẽſes, intra corpus delitescit? Adde, quod Orientale venenum, ex ſua fortè natura, ob tenuitatem, aut aliã, nobis abditam, cauſam velociùs: Occidẽtale, ob craſsitiem, tardiùs: medium verò, medio tempore agat.

¶DE TEMPORIS DVRATIONE. CAP. XVII.

QVanto tempore cometarũ effecta duratura ſint, difficillimum eſt intelligere: Nã, nec horis apparitionis, nec diebus, aut menſibus, menſes, & annos (vt quidã exiſtimant) coniectari poſſunt, nec alio quodam aſtronomico præcepto præfiniri, vel philoſophica conſideratione rimari. Sed ipſorum durationem ad effectuum & magnitudinem, & diuturnitatem maximè conducere arbitror. Nam, quæ diù ardenti igni materia, ob multitudinem, aut craſsitiẽ, extitiſſe viſa eſt, diù certè quouſ

2010 Ministerio de Cultura

tè, quouſque, contraria qualitate præditus, nouus aliquis accedat influxus, operabitur in terris infectionem. Adde etiam, quòd iſ, qui in ſigno fixo accenſi fuerint (præſertim ſi dominatores vel ponderoſiores habuerint, vel in ſignis fixis hoſpitatos) diuturniora, & importuna producent effecta: Sicuti in ſignis mobilibus brcuiora: in communibus media.

Carmina Cometæ anni. 1577.

Romæ condita, per Richardum Materum Anglum.

ECCE Cometa nouus toto ſplendeſcit in orbe,
Qui importat varijs myſteria certa modis.
Ignis enim rapidus, cœlo demiſſus ab alto,
Terrenam inflammans tam cito materiam,
Præcedens fumus, quæ ſcintillare videtur
Caudaque, præmonſtrans nuncia dira mali,
Hæreticis ignis ingens eſt, vindicta Deique,
Interitus reprobis, bella cruenta, lues.
Eſt gladius, fames, mors, luctus, lurida peſtis:
Et mala plura malis iſte Cometa notat.
Eſt rubar, & ſplendor, radiantis lampadis inſtar,
Demonſtrans populo myſteria alta Poli.
Deſignans vultum fulgenti pneumate plenum,
Quem ſuper infantes luminat ipſe Deus.

2010 Ministerio de Cultura

Est fulgor CHRISTI, *vultus conuersus ad omnes*
Ecclesiæ fines, quos vagus orbis habet.
Aurea stella micans, longaq́; propagine crescens,
Ecclesiam Christi ritè notare velit.
Sideris & splendor sit pulchritudo notandæ
In Christi sponsa, gloria, forma, decor.
Vt Solis quasi lumen, in æthere fulgens,
Imperium toto signant in orbe Papæ
Sit iubar Ecclesiæ vult ostentare triumphum,
Quæque reportabunt celsa trophæa Duces
Denique pax, & honor, decus, & victoria summa,
Christicolis cedit Ecclesiæ imperium.

Præfatio in librum quartum, de Cometarum iudicijs. Ad Illustrem admodum dominum Bustũ de Villegas.

MVlti quidem, illustris admodùm vir, conati sunt prognostica cometę huius anni. 1577. scribere: cuiꝰ nos historiam tradimus. Horum autem pars maior, seipsos, & alios decipientes, in Capricornij ligno apparuisse scripserunt. Quorum sentẽtias memorare, cùm falsum præposuerint principium, superuacaneum, ac superfluum putaui. Alij eum obseruarunt in Sagittario: quorum obseruationes, nostris, & amicorũ nostrorum consonę fuere. Præsertim quę à Hieronymo Muñoz, viro apprimè docto, Valentiæ sũt factæ: cuius obseruationes à nostris, nec in minuto quidem dissensere. Alię sunt Fratris Ioannis de Victoria, in astrorum scientia dexterrimi, in Sagittarij signo cometem accensum fuisse affirmãtis. Cuius sententia & Hieronymi Muñoz, hoc interse differunt: quòd ille in Libra cometæ mate-

2010 Ministerio de Cultura

riam congregatam fuisse, & in Sagittario accensam, atq; efformatam asseueret: Hieronymus verò Muñoz, in Scorpione aggregatum, & accensum arbitretur Cometen: & antè decimam quintam Octobris diem factum fuisse credat. Ad cuius rei cõfirmationẽ (prætermitto eas, quæ, tãquã à viro docto, acutæ magis, quàm certæ, traduntur illi, rationes: ne fortè præfationis limites transcendam) quæ certè ex nautis, maritimis, & alijs hominibus, illi referuntur testimonia, pugnantia inter se sunt, & minùs consona. Ex quibus, & his, quæ à fratre Ioanne de Victoria scribuntur, quod certius videtur erui posse, est, septima Nouẽbris die primò emicuisse, primumque cometen visum fuisse. Quam sententiam, post curiosam, & longam, nobis adhibitam, inquisitionem ex nauigantibus, nauium gubernatoribus, & alijs maritimis hominibus, ab Hispali, & alijs partibus ad hanc curiam venientibus, idem rescimus. Et nunc denuò ex Mexico accesserunt quidam, affirmantes, ab Indię maritimis, & nouę Hispanię incolis, septima Nouembris die visum cometen apud eos fuisse. Quæ omnia testimonia nostrã de prima cometæ apparitione videntur confirmare sententiam. Quæ quidem, de materię cometę aggregatione, & accensione, in hoc à Hieronymi Muñoz,

2010 Ministerio de Cultura

Muñoz, & fratris Ioannis de Victoria sententia differt, quòd illi in alijs signis aggregatum, & in Sagittario accẽsum arbitrẽtur: nos verò in Sagittario & aggregatum, & accensum fuisse credimus, ob eas, quas suo loco in hoc libro quarto assignabimus, rationes. Id nunc adnotantes, phœnomena, meteoraq; spectacula nequaquam vegetare, nec diù ante, quám accendantur, foueri: sed cũ primùm eleuantur, aut paulò post, vel in nubes, vel rores, vel imbres densari: aut in grandines, nives, aut pruinas congelari: aut in fulmina, iacula, coruscationes, vel cometas accendi. Hoc tamen confiteor, cometas, copiosiori accendente materia, grandiores fieri posse, accensionis, ac flammæ vi extenuata sublimiùs: imò ad vltimũ vsque regionis ignis, & cõcauum Lunę, naturali motu flãmæ scandere posse: quod nec nos nostris his superioribus Commentarijs inter motus cometarum genera adnotauimus: nec ab aliquo adnotatum inuenimus. Quod quidem inter motuũ cometę species adnumerari posset. Verùm, cûm nec eius adnotatione natura cometarum variari, nec prognostica magnificari, aut significata mutari possint, non mirum est, si Philosophi antè nos animaduersione dignum non putarint. Fuit igitur die Iouis, Nouembris septima, quantũ con

iectari

iectari possumus, accẽsus cometa: cuius si causã finalẽ spectamus, vt in. 2. huiꝰ operis lib. adnotauimus, tãq; prænũcij futurorũ malorũ, terrenã Sphærã minantiũ sunt: eorũ tamẽ minę, & manifesta significata, quouisq; ab oĩbꝰ perspicuè videẽt, nec sũt, nec cõiectari possunt. Ex manifesta igit̃ visione, quæ huiꝰ cometes septima Nouẽbris die fuit, sũt certè faciẽda iudicia: ab eoq; die horribiles timẽdę minæ. Adde, quod si antè fortè fuisset genitus, sub radijs Solis stetisset: propterea q; videri nõ potuisse: timò, nec virtutẽ aliquã influẽdi (si ex se aliquã habẽt) sub radijs Solis habere potuisset: Sed egressꝰ radios Solis, sicut planetæ cõbustionẽ egredientes, maximũ robur nactus fuisset: & ab eo maximi roboris die, qui & primę apparitionis fuit, iudiciorum sumẽda sunt exordia. Hic tamen primus apparitionis dies in alio, quàm in Sagitarij signo, esse non potuit: cũ Sol vltimos, hisce diebus, Scorpionis gradus peragraret. Ergò, necessariò iudicia huius cometæ, tanquã Sagittarij filij, in eoq; signo geniti, sunt faciẽda. Quod si posueris tres dies plus, aut minus, à Nouembris septima, non multum iudicia variabis: quandoquidem semper in septima cœli domo, & in Sagittarij signo, à Sole q; vndecimo, apparuisse necesse est. Quibus rationibus, & alijs, suo loco hoc libro quarto

traden-

tradendis, nobis ipſis perſuaſimus, cometæ huius iudicia, tanquàm coniunctionis ſuperiorum, & eclipſis proximè præteritæ filij, Sagittarijq; alumni eſſe tradenda. Quæ, ceu exẽpla, hoc libro quarto, in quo iudicandi cometas methodũ (Deo fauente) ſcribemus, referenda ſunt. Quæ omnia dominationi veſtræ, tanquàm in omni diſciplinarum genere exercitatiſsimo, corrigenda, & Philoſophiæ veritatis lucè illuſtratiſsimo defendẽda committimus.

2010 Ministerio de Cultura

De Cometarum iudicijs, Liber quartus. FRANCISCO Fernandez Raxo, Medico Aragonien si Autore.

De naturali propensione, quæ homines, & artium exercitia sponte excitantur. CAP. I.

OMNES scientiæ, quarũ comoditas humano generi ex vsu est, natura, arte, & exercitatione, qua fuere acquisitę, cisdẽ intelligũtur, coluntur, & augmẽtum suscipiunt. Natura nãq; siderum virtute, singulis animantibus indidit voluptuosam quandã propensionem, ad eam artem, industriã, ac scientiam, quam ad singulorum conseruationem, & vitam necessariam fore prænouit. Quam propensionem, promptitudinem, aut habilitatem, cœlitùs à summo largitore donatam, naturam, aut naturalem propensionem, Philosophi vocauere. Quæquidem, velut ars quædam ad alias artes, & industria ad omnes industrias, imò & scientia, ad

ad omnes scientias, largita fuisse videtur. Ex qua omnium principiorum existit cuiusuis artis, & scientiæ manifesta præcognitio. Cuius propensionis consideratione illecti grauissimorum Philosophorũ quidam, nostrum scire quoddam reminisci esse crediderunt. Hic est stimulus ille, qui non solùm pueros, sed & grandiores natu, sumptibus, & laboribus, ad artes capessendas, velut calcar, stimulat. Qui igitur hoc stimulo ductꝰ, ad hęc Philosophica legenda accesserit, secum naturam transfert: Artem verò iudicandi cometarũ effecta, tribus hisce superioribus cõmentarijs leget: exercendi verò formam, in hoc libro quarto inueniet. Sic optima methodo tradendæ naturaliter propensis disciplinæ sunt. Vt enim Aristo. & Galen. præcipiebant, oportet vniuersalium theorematum cuiusuis facultatis scientiam generalem artifices habere, & se ad perfectionem artis cõsequendam in particularibus exercere. Quod quidẽ exerceri, exercitiũ, seu exercitatio, est quæ ab artifice, præcepta artis artificioſè exercendo, editur actio: vel frequens, ac debita præceptorum vniuersalium ad rem aliquam applicatio. Hanc igitur nos aggressuri, primũ eius cometę, qui pro exemplo est nobis frequentissimè tradendus, historiam describamus.

¶ D E

¶DE COMETAE ANNI. 1577.

apparitione, & descriptione. CAP. III.

ANno à Christi Saluatoris natiuitate, sesquimillesimo septuagesimo septimo, nona Nouembris die, ex Catholicis Hispanię Regibus, secundo regnante Philippo, Caroli Quinti Imperatoris filio, insignis apparuit in Occidentali cœli parte caudę proceritate cometes: Quem, quinta post meridiem hora, Madriti turbæ intuentes, quidam ad plateas, & eminentiora loca, quidam ad turres, fenestras, & domorũ culmina, spectaculi raritate admirati, ruebant. Videbatur autẽ velut trans nubes luminosa flãma prodire, aut quasi ex perforato (vt vulgus aiebat) cœlo luminosa flamma exilire, candore quodam fumoso, aut cineritio micans. Erat autem luminosum cometæ corpus, multo maius Venere, caudæ verò longitudo duo fere signa pertingebat, densior, & angustior initio, procedens verò longiùs à sidere latior & rarior, in sublimiori cœli parte latiori, in Horizonte longiori spectabatur cauda, curua ob liquitate ad meridiem, è sui medio in gibbũ vergente: Orientem autem versùs, latiorem caudæ

cuspidẽ

2010 Ministerio de Cultura

cuſpidem retorquẽte, capillamẽtum, velut equina cauda, à cometæ centro prodibat: aut velut à radice caudæ equinæ vocatæ herbæ ſurculi, vel virgulę, modica obliquitate flexi, pullulare ſolẽt. ſideris longa procedebat cauda: cuius latitudo (quantũ cõiectari potuimus) in decẽ ferè gradus capillamentũ extẽdebat. Color verò tám corporis, quàm caudæ candidus erat, non ex purpuraſcente candore, qualis eſt Iouis: aut ex nitido perlucido, & terſo qualis eſt Veneris, ſed potiùs argẽteus, qualis eſt Lunę candor, cęruleo, ac ſubpallido mediocriter mixtus. Imò & candor ille ſubfumidus ac martialis erat: qualis qui in clibano, aut gypſeis furnis flammam immediatè prędedit, aut parum cãdidior: colori ſimilis illi, qui ab Hiſpanis vocatur *Leonado*: poſteà puniceo permixtus eſt viſus. Apparuit autẽ nobis ea ipſa, qua dixim⁹ die: quanquàm quidam fide digni venerunt ad nos, affirmantes ſe pridie, paulò poſt Solis occaſum tenuiori cauda cometam perſpicuè vidiſſe. Renunciatum etiam fuit per itinerarias literas amicis quibuſdam noſtris, ſeptima Nouembris die, antè quàm nobis Hiſpali, viſum fuiſſe. Hæc autẽm ſcribentibus, oſtendit nobis illuſtriſſimus dominus Buſto de Villegas eiuſdem cometæ depictam effigiem à fratre, Carthaginis

2010 Ministerio de Cultura

Iudicæ gubernatorc, per itinerarias literas demiſſam. In quibus affirmabat, die Iouis, & Nouẽbris ſeptima, poſt Solis occaſum, picturę illius ſimilẽ in ea ciuitate apparuiſſe cometen. Quod quidem ego verius, & certius, rationibus poſteà dicẽdis, iudicaui: quanquàm Hieronymus Muñoz Valentinus, vt in præfatione huius libri retuli, aliter ſenſiſſe videatur.

¶ DE COMETAE MOTV.

CAPVT. III.

QVinq; motuum generibus moueri Cometam obſeruauimus. Primò caudæ motu quo ab Oriente ad Septentrionẽ motus eſt: nam prima apparitionis die duodecimam cœli domum: vltima verò, qua delituit, quartam caudę cuſpide reſpiciebat: quo fit, vt caudę motu ab Oriente ad Septentrionẽ motus ſit. Secundò ad motum flammę ab infima ſcilicet ſphæræ ignis parte ad cõcauum orbis Lunę, alio ab his rurſus triplici, quod curioſiùs obſeruauimus, mouebatur motu: nõ ſolum nos, ſed quidam ex amicis noſtris, in Aſtronomicis inſtrumentis & conficiendis, & exercendis dexterrimi, qui obſeruationes noſtris conſonas, nobis tradi-

dere.

2010 Ministerio de Cultura

dere. Raptu ſcilicet & ſecundum longitudinẽ, & latitudinem. Raptu, quo in viginti quatuor horarũ ſpacio totã ſphęrã, ſicut & alia ſidera peragrabat. Alio ſecundũ lõgitudinem: vltimo ſecũdum latitudine: cuius diurnus motus erat, ſecundũ longitudinẽ duorũ graduum, & minutorũ viginti: ſecundùm verò latitudinem duorum graduum, & minutorum quadraginta. Obſeruantes autem locum eius, quem vocant Aſtronomi apparentẽ, inuenimus eſſe ea ipſa noua, qua nobis viſus eſt, die, in vigeſimo ſecundo gradu, & quadrageſimo minuto Sagittarij, declinationis Meridionalis, viginti & tres gradus, & minuta viginti & duo habentem: latitudinis Septentionalis, viginti tantummodo minuta. Quare, ſi die Veneris pridie apparuit, oportebat in vigeſimo gradu, vigeſimoq; minuto, ex computatione motus eius regularis, apparuiſſe: declinationis Meridionalis viginti ſex gradus, & ſeptem minuta habuiſſe, & die Iouis, Nouembris ſeptima, qua viſus eſt Hiſpali, in decimo octauo gradu Sagittarij emicuiſſe: & viginti octo gradus, ac quinquaginta duo minuta declinationis Meridionalis tenuiſſe: quod mihi, ob eas, quas poſtea retulero, cauſas, & certius & verius viſum fuit, & cum amicis antè diſceptatum. Caudæ proceritate non ſtatim à prima ap-

2010 Ministerio de Cultura

paritionis die viguisse visus est: sed paulò tenuior, & breuior primis statim spectabatur diebus, et in summo cœlo, quàm cùm in Horizonte descendebat: quanquàm celeriùs quàm decreuerat, est aucta cauda: intra tres enim dies in immensum creuit, & vsq; ad Solstitij Hyemalis diẽ nihil visus est minui. Ea verò, quę Solstitij die successit, nocte perspicuè, nõ autẽ multò, decrescere apparuit: minui autẽ paulatim perseuerauit, quousq; duodecima Ianuarij die, ad vesperam exiguus mihi visus, sequenti nocte, accedentibus clarioribus Lunę radiis, in pectore Pegasi prorsus delitescens, absumptus est in Occidentaliori angulo stellarum trianguli ibi constituentium: inter duas scilicet quintæ magnitudinis stellas, quæ Occidentaliorem angulum simul efficiunt, & tropicũ Cancri, ab eo duos vel tres distantis tantùm modo gradus. Ex qua descriptione constat tria ferè signa secũdum longitudinem percurrisse, & secundum latitudinem à tropico ad tropicum: à tropico scilicet Capricornij ad tropicum Cancri, non multò plus aut minus, motum fuisse.

DE PARTICVLARI LOCO IN quo Cometes apparuit, & aspectibus, seu configurationibus, quas cum stellis peregit. CAP. IIII.

Com-

2010 Ministerio de Cultura

COmputando igitur à die Nouembris septima, inter stellas, quę in pede Serpentarij sunt, & Sagittarij arcum apparuisse visus est: Mercurio duodecimum cùm dimidio eiusdem signi ferè gradum peragrante, ab Iouis & Veneris sextili recedens crinita, ad sextiles Martis radios ferebatur, quem vndecima Nouembris die planè ad vesperam cõspexit. Quadratum verò Martis die eiusdem mẽsis trigesima circa meridiem perfecit. Congressus illius cum Saturno decima sexta eiusdem mensis die ante mediam noctem fuit. Aspectus autem Iouis quadratus, decima quinta Nouembris die. Trinus verò vigesima octaua die, circa mediam noctem, compleuit. Venus autem sextiles radios, vigesima nona Nouembris die, summo mane ad Cometam immisit. Luna tandem duodecima Nouembris die, vltimum Sagittarij gradum cũm Cometa peragrabat. Vigesima eiusdem mẽsis tetragonos, vigesima nona oppositos illi radios immittebat. Nouo rursus lumine prædita Luna clarioribus radijs Cometæ locum illustrante, nouo hoc accedente lumine prorsus ille delituit: nec vestigium quidem amplius est visum. Has errantium siderum cum crinita configurationes, quia alicuius momenti ad particu-

2010 Ministerio de Cultura

lare iudicium esse poterũt, eas ideò venari, & describere, pro viribus, conati sumus. Quãquàm, ne, vel in momentanea quidẽ re, quæ vera non sunt aliquãdo scripsisse videamur, propter paralaxim, & incertum, ac inæqualem eius motum, minùs certa cõfigurationum tempora habuisse fatemur. Nam postquàm ad æquinoctialem circulum, ad quem die Iouis, vigesima prima Nouembris, peruenit, tardior factus est motu: tardissimus verò, postquám Sagittarij signum, trigesima Decẽbris die, Mercurius egressus est.

¶ DE COMETAE ITINERE.

CAPVT. V.

(.:.)

Ter autem, quod peregit, tale fuit: circa stellas de natura Martis, & Lunę, quæ inter pedem Serpẽtarij, & arcum Sagittarij sunt, Cometes exortus videtur: & ecclipticam lineam trãgressus est: statimq; post decimam sextam Nouembris diẽ, cœpit supra Saturnum eleuari: deinde, superioribus capitis Sagittarij stellis ad Meridiem relictis, atque etiam illis quæ sunt in dextro Serpentarij humero

humero, atque manu, ad Septentrionem, per carum medium migrauit: quousque Herculem, & Lyram ad Aquilonem, & stellas, quæ sunt in capite Capricorni, ad Austrum relinquens, per rostrum corui; eius lucidiori stella nouem gradus ad Septentrionem prætermissa, & quæ sunt in manu vrnæ ad Austrum, Delphini caudam ferè tetigit, eius constellatione ad Boream derelicta: & stella, quæ in humero vrnæ secundæ magnitudinis est, ad Austrum viginti ferè gradus, caput Equiculi ingressus est. Deinde stellã, quæ in manibus Pegasi lucet, Meridiem versus per quatuor gradus prætermittens, cygnum, ad Septentrionẽ etiam, multò maiori distantia reliquit. Qui, cùm propè stellas brachij sinistri Pegasi esset, per carũ latus eiusdem Pegasi pectus ingressus est inter duas stellas, angulum trianguli acutum efficientes, iuxtà tropicum Cancri ab hominum oculis prorsus euanuit.

¶ DE FIGVRA COMETAE erigenda. CAPVT. VI.

(.:.)

2010 Ministerio de Cultura

Tineris cursu finito, figura cœli apparitionis Cometę describēda est. Quæquidē, primo apparitionis tempore ad iudicia erigenda erit. Erigenda etiam est (secundùm grauiorum Astronomorū sentẽntiā), precedentis eclipsis, aut coniunctionis magnæ, medij tẽporis figura. Quod si certū apparitionis tẽpus haberi non possit, sequentis cõiunctionis, ex Hali Rodoam consilio, erit depingẽda figura. Verùm, quia hæc, cuius nos hĩstoriam descripsimus, die Iouis, Nouembris septĩma, apparuisse constat, tùm ex supra dictis testimonijs, tùm etiam quòd Luna, omnium Planetarum radijs, diuersis aspectibus, à quinta ad septimã mensis dicm, acceptis, Martis coniunctionem ingressa, Cometen videtur impulisse: Luna enim, virtutum delatrix est, defertq; siderum vim ab stellis ad stellas, & à stellis ad terram. Et inde est quod mutationes omnes (vt Galenus ait) Lunę terrena debeant: quarum vehementiores sunt, quando ipsa cum Sole, vel alio Planeta coit: has succedunt (vt idem Galenus testatur) Diametræ: pòst quadratæ cõfigurationes: sextiles autem & trinæ minùs validæ sunt. Luna igitur à Solis sextili, die Nouembris quinta decedens, Iouis couiunctionem,

Lib. 3. dierum decretoriorum.

Eodem libro.

2010 Ministerio de Cultura

nem, Saturni quadratum, Veneris cõgressum Mercuriq; sextilem peregit. Et cum horum omnium Planetarum virtutem, deferendo Martis vim, coniunctionem eius petens reciperet, Cometæ huic (meo videri) vltimum impulsum dedit ex opposito loco, quo Eclipsis tempore fuerat. Vnde Cometa primò micans Lunę colorem, fumosiorem tamen, præse tulit: dieq; Nouembris septima, statim (dubio procul) emicuisse his rationibus constat. Quod nobis cum amicis, in mathematicis disciplinis exercitatis, primùm altercãtibus, accesserunt ex Hispali, & Indiæ Carthagine, certiora mihi superiùs relata testimonia. Ex quibus omnibus cõstat, die Iouis, Nouembris septima, apparuisse: & cum hora, qua primùm videri potuit, per semihoram pòst Solis occasum ferè fuerit, & Sol cum vigesimo quinto gradu Scorpij ea die occiderit, & semihoræ æquinoctiali, septem gradus correspondeant Zodiaci, verisimile erit, secundo Sagittarij gradu septimam cuspidem occupãte, cometẽ primùm apparuisse: in Sagittarioq;, dubio procul (in quo Eclipsis Solis anni. 1564. fuit) aceruatum, genitum, & accẽsum fuisse: ad eamq; horam apparitionis primæ, figuram erigendam esse: quam infra depictam videbis. Post quam figuram, Eclipsis Lunæ, mẽsis

2010-Ministerio de Cultura

Septembris(à qua, & à Iouis & Martis coniunctio ne præcipui Cometæ erunt educendi parentes) depinxero.





Figura apparitionis Cometæ.

2010 Ministerio de Cultura

¶DE ECLIPSIS LVNAE MENsis Septembris, anni. 1577. significatis.

CAPVT. VII.

Is Eclipsis, & apparitionis Cometę, positis cœli figuris, Eclipsis significata, tãquàm Cometæ parentis, sunt breui referenda cõpendio. Circa decimam cœli domum deliquium fuisse, Martemque dominatorẽ habuisse, nõ est quod longa oratione demõstremus: qui Eclipsiũ loca gubernãs, tonitrua, coruscationes, fulgura, volantes ignes, & Cometas producere solet, tẽpestates prętercà, & maris agitationes, ac proinde naufragia, nauiũque submersiones, quales per effectuũ tẽpora spectari poterũt. Corrũpit insuper Occidẽtales, quos excitat, ventos: ad cuius corruptionẽ sequitur alimentorũ & terręnascentiũ siccitas, & corruptio: & Martialiũ, ob fructuum corruptionẽ, ingentẽ, quam posteà dicemus cõgeriẽ: præsertim in iuuenibus, & biliosis hominibus. Excitat & bella, rebelliones, & seditiones: excitat & fures, occursores, obsessoresq; viarũ: indeq; incarcerationes, captiuitates, verbera, & multas in patibulis mortes: libidinis excitat similiter ardores: inde stupra, & innumeras fornicationes. Et quia Eclipsis in

Arie-

Arietis signo fuit, morietur ex minoribus animalibus multa: præsertim oues, capræ, & porci: crũtque horum infiniti aborsus. Incipient eius effecta in principio Februarij, durabuntq; ferè quatuor menses. Et quanquàm his omnibus, quibus visus est, futurus sit infaustus, multò magis prouincijs, regionibus, & ciuitatibus igneę triplicitati subiectis. Et quia ex Eclipsis Imperatoribus iudicanda sunt Cometæ futura euenta, quę ideò in vnum conspirant, magis particularia Eclipsis iudicia ideò tradere non libuit. Sed iam ad Cometæ iudicia accedentes, quia quidam ità toruè omnia intuentur cælestia, vt si quid in sublimioris scientiæ defensionẽ, veritatis amore, dixerimus, malicia ardore dictũ suspicentur, Senecæ verbis sequentẽ tractationem ordiamur.

¶ STOLIDORVM HOMINVM *esse, quæ rarò spectantur in sublime prodigia non meditari.* CAP. VIII.

(.ꝛ.)

NEmo vsque adeò tardus, hebes, ac demissus in terram est, qui ad cœlum oculos, & ad diuinam mentem non erigat: meditabundaq; consideratione

consur

consurgat: dū & nouū extraordinariū, raroq; visū portentum spectatur in sublime. Et quemadmodum illud rarum est, ita aliquod extraordinarium significatum secum afferre non meditetur: & illius significati desiderio non anxiè rapiatur: nisi quos tumida arrogans, & vana superbia, tantum caliginis, & nebulę oculis intellectus antepositisse videtur, quod solùm id posse sciri, quod ipsi norunt, existiment: & cętera, seu Philosophica, siue Medica, vel Mathematica sint, vana, futilia, & superstitiosa arbitrentur: ita, vt, si quid ex Philosophica contemplatione prædixeris, dęmones dicant, vt id verum fieret, effeciſſe: quasi hi pro arbitrio causarum naturalium effecta mutare possint. Et tandem quæcunq; ignorant, etiam si ex Aristotele, Platone, vel media ratione ea deducta demonstraueris, ad tãtam dementiam cos sua deduxit superbia, vt tumida verborum ambagine &c. & Philosophos hallucinari contendant. Hæc paucula non potui, ob quosdam huius curiæ tumidos susurrones, excãdescẽs non dicere: qui ea solùm, quæ nouerũt ipsi, sciri posse arbitrãtur: quanquàm natura nostra propẽsior semper ad demonstrationem, quàm ad reprehensionem fuerit. Iudicia tamẽ particularia aggressurus, scio multorum iudicijs vltro subijci. Verûm, si docti

fuerint

fucrint, hæc illis corrigenda tribuo: si verò qua-
les depicti à me sunt, scio latissimam me illis ap-
posuisse, suaq; arrogantiæ, detractionis mensam.
Verùm, ad nostra reuertentes, particularium por-
tentorum prognostica & effecta inuenire difficil
limũ est. Ità enim Hip. iudicium difficile esse ait:
& ; cùm iã inueneris, imperitis, & vulgaribus pro-
nunciare, nefas. Verùm, vt summi Conditoris ma
iestatem, & prudentiam, qui posuit prodigia su-
per terram, (vt ait Propheta) laudemus, metho-
dũ, ac iudicandi formam iamiam aggrediamur.

¶ QVID PRIMO FACIENDVM ad Cometarum iudicia. CAP. IX.

PRimum quidem non solum huius, sed aliorum omnium Comc tarum parentes, & causę inuesti-
gandę sunt: quales (vt superiùs diximus) superiorũ coniunctio-
nes & luminarium Eclipses esse solent: quales huius, quem superiùs descri-
psimus, fuere, superiorum coniunctiones & Eclipses antecedentes: præcipuè & proximè, coniunctio Iouis & Martis, vigesimæ quintæ dici Septembris ante Meridiem, & Eclipsis

potiùs

potiùs Lunæ, dici ſequentis circa mediam nocte. Quorum radijs terra infecta, exhalationibuſque ſcatente, ſuperuenientibus pluuiis (poſtingentes enim pluuias ait Ariſtot. Cometas oriri) antipariſtaſi quadam, exhalationes congregatæ, facilè ſideri atrahenti ceſſerunt. Quomodo autem id factũ fuerit, nunc paulatim explicabimus. Quod maximam vim in Cometa producendo habuit, Eclipſis Lunæ proximę præteriti fuit, in tredecimo Arietis gradu: Eiuſmodi Eclipſis cauſa efficiẽs eius exiſtẽs, verisimile erat, in aliquo igneę triplicitatis ſigno cometem productũrum: & ſi in eo certè ad quem Eclipſis Almuten, & alij ſignificatores fortiores emittebãt radios. Quem etiã radij eiuſmodi infectum quodammodo, aut debilem ex Solis Eclipſi anni 1574. adhuc inueniebant. Emittebãt autem ad Sagittariũ, Luna quidem trinos: Sol verò ſextiles: Mars, Eclipſis Almutem, cũ Ioue exiſtens, ex Virginis ſigno tetragonos: Mercurius, Martis Almutẽ, & hoſpitator ex Libra ſextiles: Venus tandem ex Leone trinos. Tantus autem radiorum cõcurſus, in Sagittario præcedens, quandoquidẽ in triplicitate ignea erat Cometa futurus, quid mirùm, ſi in ſigno, ad quem tot radiorum vires confluebãt, accẽſus ſit? Addc, quòd Mars, Saturni quadrato infectus, ſextiles

2010 Ministerio de Cultura

les ad eundem locum, nona Octobris, & sequentibus diebus, eo aspectu materiæ congregationẽ fouens, emisit radios. Coniectãdum insuper erit, in quo Sagittarij gradu potissimùm accendi potuit. Eclipsis gradũ tredecimum Sagittarij partiliter respiciebat: quem Mercurius peragrabat eo, quo Cometes acccensus est, tempore. Vnde verisimile est locum, ciusmodi radiis lumimarium deficientium (vt Astronomi vocant) infectum, & Mercurium in eo repertum, vapores suæ infectionis simillimos attraxisse. Cuius verò naturæ fuerint, omnium ferè Planetarum confluentibus radiis, coniectari certè poterit qui singulorum, inibi confluentium, siderum vires examinauerit. Nec Saturnum à Cometæ conuentu excludimus: quandoquidem recenter accensus eius passus est cõgressum: & domũ vtramq; suam peragrauit.

¶ QVO MODO MAIORVM SENtentiâ, de loco, in quo Cometæ fiunt, sit intelligenda.

CAPVT. X.

LOcum Zodiaci, in quo fiunt, primùm ex superioribus repetentes, quandoquidem ex loci natura errantium siderum coniectantur vires, in Planc-

Sẽtẽtia notatudigna, etsi obscura.

tarum exaltationibus, vel locis exaltationi oppositis, sentiunt Arabes, astrorum periti, fieri crinitas: nos verò multò aliter sentimus. Non enim, si in his tantùm locis fierent, in Leone, & Scorpione apparere potuissent: cùm nullę inibi stellę exaltentur errantes. Imò neq; in Gemini, aut Sagittario vnquàm apparuissent: quandoquidem inibi nullus exaltetur Planeta: sed caput tantùm, aut cauda Draconis: cuius contrarium historiæ comprobant, & nos experimur. Fiunt igitur in aliis Planetarum dignitatibus essentialibus dignitatibus oppositis: vel (vt hic, qui traditus est pro exẽplo, Cometes,) in opposita domo, & exaltationis Mercurij quadrato: idq;, quoties Planetæ, significatores, promissores, vel Imperatores, vigẽtibus adhuc coniunctionibus magnis, vel Eclipsibus, ibidem vel fuerint, vel per tempora Cometam promittentia summum ius habuerint: aut in id cœlitus conspirauerint. Quæ quidem sententia, quia maximi, ad hanc doctrinam intelligẽdam, momenti est, radicitùs interpretanda, aut perspicuo orationis contextu primò ponenda venit. Fiunt igitur Cometę in domibus, exaltationibus, vel Planetarum carpentis: aut in locis his oppositis: aut fortè quadratis, quando significatores, promissores, vel Imperatores, vigentibus adhuc

coniunctio

coniunctionibus magnis, vel Eclipsibus ibidem cœlitus conspirauerint: vigere autem dicuntur per illud temporis spatium, per quod se orbes, seu accedendo, siue recedendo, contingunt. Quoties igitur hi Eclipsium Imperatores (qualis est Almuten illius loci, in quo fit magna coniunctio, vel Eclipsis) qui iisdem significatores sunt earum rerum, quæ per coniunctiones magnas, vel Eclipses fuere significatæ, & promissores Cometarum, & aliorum prodigiosorum euentuum, vel fuerunt in domo, exaltatione, carpento, vel quadrato, aut in locis his oppositis, dum Eclipses vigebant, & si non ipsis vigentibus per tempora saltem Cometam promittentia, (quod tempus, Cometam promittens, numerandum venit ab hora coniunctionis magnæ, vel Eclipsis, vsq; ad vigorem temporis effectuum.) Quotics igitur in dictis locis per nunc dicta tempora fuerint, vel summum ius habuerint, in angulis, vel fortissimis locis existentes, aut in eisdem locis cœlitùs forti aliquo aspectu cõspirantes: qualis est oppositus, vel tetragonus, Cometas producere solent. Vnde, ad producendos futuros Cometas dominatores magnarum coniunctionum, vel Eclipsium, sunt respiciendi: & si hi, qui in propriis domibus,

exaltationibus,carpentis,& his quadratis,vel oppositis, per tempora Cometam promittentia, fortes vel fuerint,vel summum ibi ius habuerint, vel cœlitus conspirauerint, Cometam ex sua natura inibi producẽt:qualis ille,qui pro exemplo nobis traditus est. Cuius proximi Cometæ parentes fuere,cõiunctio superiorum in virgine,& Lunę defectus in Ariete. Prætermitto alias, magis distantes, & superiorum coniunctiones & Eclipses. Horum duorum locorũ Imperatores sunt, Mars,& Mercurius. Examinemus nunc quis horum plus habet in duobus hisce locis: & ille est Cometæ promissor. In loco Eclipsis Lunæ,qui est gradus Arietis tredecimus & minuta viginti quatuor,Mercurius tantùm habet terminum:verùm Mars summum ius ibi habet, qui quidem Eclipsis tẽpore in virgine erat:cui dominabatur Mercurius sub radiis Solis,& in opposito Lunæ, tempore defectionis repertus,vim suam Soli in oppositos Lunæ radios tribuens. Coniunctio præterea superiorum, Eclipsim præcedens, in suo carpento facta est:quod est in sua dignitatum congerie, in domo scilicet,exaltatione,& facie. Ex quibus omnibus,sigillatim seorsum examinatis,liquidò constat, Mercurium fuisse præcipuum Cometæ promissorem. Qui in Sagittario(vt superiùs diximus)

Cometæ promissor quomodo examinãdus.

Quid carpentum.

2010 Ministerio de Cultura

mus) repertus, locus domui suæ oppositus, & carpento quadratus, apto siro tempore opus perficit. Quare, qui plus in generatione Cometæ habuit, Mercurius certè est: secundò deindè Mars, propterea, quòd Almuten Eclipsis proximè præteriti fuerit. Qui quidem quia effectuum efficacia Mercurium excedit, & Mercurius potiùs industriam in effectis, & mixtis significationibus, quàm effecta ipsa excitet, in hac eius cum Marte mixtione Martis effecta magis erunt manifesta: verùm Mercurialibus industriis perpetuò inuoluta: ita, vt vix effectus sine vtriusq; confusa mixtiones, reperiri possit. Deinde succedit Iuppiter: qui in superiorum coniunctione comes illi fuit: & in eius domo materia Cometæ attracta, vnita, congregata, & accensa est. Deinde Luna: qui locum congregationis, Eclipsis tempore, trina irradiatione respiciebat. Deinde Sol, & Venus: qui, etsi debilioribus radiis, in id tamen signum cœlitus conspirabant.

QVID AD EXACTA COMETARVM IVDICIA FACIENDVM. CAP. XI.

VTigitur vniuersali præcepto, velut anacephalæosi omnia comprehendamus, ad exacta Cometarum iudicia

primum apparitionis tempus est exquisitè inquirendum: deinde, locus primæ apparitionis fidelissimè examinandus: póst, Cometæ forma, figura, longitudo, declinatio, latitudo, color, & magnitúdo sunt aptè depingẽda: motus etiam, iter, quod peregit, durationis tempus: configurationes; & occursus cum errantibus, & fixis, depressiones sub eis, & eleuationes super eas, sunt curiosiùs describendæ: quod & me fecisse vidisti: & te, iudicem futurum, facere percipimus. Deinde, his omnibus aptatis, Cometæ promissor erit inuestigandus ea, qua tradidimus, methodo. Quíquc omnes eius promissores, qui per ea loca, quę Cometa lustrauit, suum venenum (si ita libuerit appellare) insperserunt: ea enim loca peruadit, ad quæ alimenti quotidiana attractio ducit: materia, enim, ac loci infectio, Cometæ itinera demonstrant: motus verò qualitatem, quantitatem, & formam Planetæ progenitores exhibent. Vnde est, vt signa, & loca, quæ peruadit, & ad quæ cauda mouetur, infecta esse demonstret. Proindeque ea esse malè affecta, vclut præconio signo, desuper monstrando vadit, seu signis, subiecta, siue verticalia, mea hac oratione intellexeris loca. Et, postquam te, his suppositis principijs, ad iudicium parauerís, promissores,

parentes, significatores, pædagogos, aut Imperatores, aut quomodocunque aliter libuerit appellare (aliis enim permittimus de nominibus certare: dummodo inter nos de rebus conueniat) sunt scorsum examinandi: prospiciendumque quis eorum, tàm in antcedentibus Eclipsis, vel coniunctionis magnę, quàm in Cometæ apparitionis figura, dignitatum multitudine, cæliuè positu, & aliis omnibus sui iuris præeminentiis, fortior, robustior, ac dignior sit: & ex eo primam iudicandi ansam capies. Cape deinde secundum: pòst tertium: & tandem, suo ordine, quoscunque in ea loca cœlitùs conspirare perspexeris. Vt in eo, qui propositus nobis est exemplo: in quo Mercurius dignitatum multitudine vincit. Deinde Mars: tertio loco Iuppiter: quarto Luna: pòst Venus: deinde Sol. Quorum duo priores, effecta, qualiacunque futura sint, mouebunt. Reliqui verò, effectis accidentia, suæ naturæ consona, insinuabunt. Vim enim inficiendi, aliquidque efficiendi, & materiam Cometæ attrahendi, loco illi cœli, à quo Cometæ vapor attractus est, Mercurius, & Mars dederc: reliqui verò, mitiori vi conspirantes, colorem, & alia accidentia

videntur potiùs iuuasse, quàm essentiale aliquid tribuisse. Vnde, in effectis perquirendis, & iudiciis proferendis, his duobus vim, & naturam: reliquis verò euentuum accidentia tribuemus.

¶ PROMISSORVM SIGNIFICATA esse ad iudicia primùm consideranda.

CAPVT. XII.

(.:.)

SVpra dictis hisce iactis fundamentis, & ad iudicia particularia descendentes, hoc commune præceptum statuimus: Promissorum scilicet illustrium, & signi, in quo Cometes apparuit, significata esse schemate breui, vt infrà videbis, oculis iudicis anteponenda: ex quibus, illa certiora fore iudicabis, in quibus omnes, aut pars maior assentire: sicut minus certa, in quibus dissentire. Schema autem tale est.

¶ *Mercurij Cometa significat.*

Bella,
Famem,
Pestem,
Magni viri mortem,
Mercurialescapitismorbos,
Inopinatas in Mercurialibus mutationes.

¶ *Iouis Cometa significat.*

Annifertilitatem,
Ventossalutares,
Pluuias opportunas,
Febres continentes,
Variolas,
Morbillos, & alias huiusmodiIouiales, ac sanguineas affectiones.

¶ *Martis Cometa significat.*

Bella atrocissima, & quæ ea sequuntur,
Rixas,
Seditiones,
Vexationes,
Tumultus,
Incendia,
Sanguinis effusiones,
Latrocinia,
Cædes,
Captiuitates,
Magni alicuius viri, aut fœminæ mortem,
Pestes, & Martiales ægritudines,
Tonitrua,
Coruscationes, &
Fulmina. Vnde maria, præter solitum, agitabuntur: & crebriora contingent naufragia: audaciæque suprà vires Occidentalium.

¶ Sunt præterea aliorũ omniũ Planetarũ, ad Cometæ generationes cõfluetiũ, proprietates ſpectãdæ. Et Saturni etiã: propterea, quòd cõgreſſum, & ambas eiꝰ domos, Cometa peragẽs, multũ eiꝰ virtute ſtimulatus, malitiæ ſignificationẽ adaugebit.

¶ *Sagittarij Cometa ſignificat.*

Bella, & alia fœuiſſima mala, multorum cæde plectenda.
Deprædationes,
Captiuitates,
Metum,
Lucrum,
Rebellionem ciuium,
Nobilium depreſsionem,
Hiſpanorum Occidentalium ſubuerſionem,
Regum Occidentalium, ac nobilium mortem: & alia quę ſuo loco recenſuimus: quæ, quia ex libro 3. transferri poſſunt, ſuperfluum videbatur ea hic deſcribere.

¶ QVOD BELLA, EX MAIORI promiſſorum parte, Cometes portendãt. CAP. XIII.

NVnc igitur, poſitis antè oculos promiſſorum, & ſigni, in quo Cometa primùm apparuit, ſignificationibus, bella

2010 Ministerio de Cultura

bella (vno excepto Ioue, minori vi prædito) significant: conuenientibus in significatione, omnibus. Superest belli causam, quãtitatem, qualitatem, & locum præsagire. Et, quia Cometa in Sagittario, Iouis domo, religionis, iustitiæ, honestitatis, & sanctimoniæ domino apparuit, bellorum causæ, propter harum causarum aliquam, aut earum nomine, orietur: Aut saltim, quia Mercurij astutia, & industrię magistri dominium vincit, sub ficto religionis, boni publici, honestatis, aut mediocris gubernationis, nomine, seditiones impendebunt, ac bella. Qualitas bellorum, Mercurio, & Marte excitantibus, crudelitatis, & industrię plena erit: astutę enim, & inopinatę, excogitabuntur hostem decipiendi artes: nec vllum deceptionis genus aberit: omnisq; industrię modus tentabitur. Quas, Martis significationes comitabuntur: velut sunt cędes, sacrilegia, furta, tumultus, vexationes, incendia, deprędationes, violentiæ, & inauditæ in hostes sæuiendi formæ. Erunt etiam ingentes concursus equitum, & equorum, eorumq; mortes propterea, quòd Cometes in Sagittario, ligno equino, ortus, per equiculi caput permeans, in equi Regali pectore extinctus est. Ex configurationibus, quas in itinere cum errantibus, & fixis stellis peregit, si tantum,

abre

ab re medica, ocij esset nobis, vt alienæ facultatis effecta, longa contemplatione, venari possemus, mira prædiceremus: verùm, quia hæc furtim scribimus, tempus hoc ægrotantibus surripientes, ne fortè antè Cometæ effecta, bona ex parte, finiantur, quàm hæc in lucem prodeant, quę satis longa fore iudicamus artem tantùm iudicandi demonstrantes, quędam velut exemplo trademus.

¶ QVOD MERCVRIVS COMETÆ parens præcipuè extiterit: & quo modo ab eo iudicandi principium sit sumendum. CAP. XIIII.

RIrùm, Cometa cũ Mercurio in eodem signo, & in eadem facie, & fortè in eodem termino, ne dicam in eodẽ gradu, cõgregat⁹ est: verisimile enim erat, pendulam eius materiã dominatorẽ attraxisse Mercuriũ: & in primo eius accẽsionis impetu parũ ab eo recessisse: aut, velut qui artificio cõficitur ex nitro, carbone, & sulfure, volãs ignis, qui apud nos frequẽtissimè cõspicitur: iis enim in primo accẽsionis impetu, impetuosè mot⁹, velociùs multò, quàm postea mouetur eadẽ ratione, comctes potuit quinq; aut sex gradus, quibus à Mercurio in prima apparitionis die distare videbatur, in

primo

primo accenſionis impetu percurriſſe. Quod ſi quis illud concedere nolit, in vno ſaltim ſigno, Mercurium & Cometam apparuiſſe fatebitur. Contemno enim illorum referre ſententias, qui in Capricorno, cęcutientes, apparuiſſe tradiderunt: quandoquidem in ſeptima apparuiſſe cœli domo, prima, ſecũda, tertia, & quarta die, nullus, qui cœlum aſpexerit, negare poterit: totam autẽ ſeptimam domum, Sagittarij ſignũ occupabat. Quis ergo homo ſanæ mentis in eo ſigno apparuiſſe diffitebitur? Sed neq; in Scorpione (vt Hieronymus Muñoz, Valentinus exiſtimauit) propter rationes, in proemio aſsignatas, vnquám apparuiſſe potuit. Apparuit tãdem in eodem ſigno cum Mercurio, rationis (vt Galenus ait) domino, & omnis artis, & induſtriæ autore. Qua propter, in bellorum, ſeditionum, & commotionum principiis erunt verſutiæ, callida conſilia, & induſtriæ multæ. Quæ omnia, quia ſextiles radij Iouis, Veneris, & Martis, primùm Cometam illuſtrarunt, omnia erunt in principiis, ob ſextiles radios, mitiora, ſub honeſtæ gubernationis, aut reipublicæ defenſionis nomine: aut alterius huiuſmodi mitiſsimi tituli. Verùm, qui gubernationi præſunt, capiant ſtatim vulpes paruas: quia exigua ex ſcintilla ingens accenditur ignis: præſertim

Libro de exercitatiõe ad bonas artes capeſſendas

2010 Ministerio de Cultura

tim qui Indix gubernationi præsunt.

¶ QVIBVS TEMPORIBVS PORtenta Cometæ ſæuient. CAP. XV.

SEptima ferè ſpatij temporis, quod vixit, parte peracta, poſt cõiunctionem Saturni, ſupra eũ cœpit eleuari: quod quidem ſignificat, circa primam ſeptimã partem temporis euentuum, per Cometen ſignificatorum, cædes, peſtem, & famẽ ingentem, portendere futuras: Die pòſt trigeſima Nouembris, quadratum cum Marte peregit, tertia parte temporis vitæ Cometæ ferè tranſacta. Quod quidem ſignificat tertia parte temporis euentuum Cometę trãſacta, ingentia accendi debere bella: et tunc incendia, cædes, violentias, ſeditiones, diſcordias, & Martiales alias ſignificationes crudeliores, eſſe futuras. Ad hunc eundem modum ex configurationibus, à me ſuprà poſitis, quilibet poterit fauſtum, aut infauſtum belli ſtatum iudicare, ex ſiderũ fauſtorum, aut infauſtorũ benigno, vel aduerſo aſpectu.

¶ PRAESAGIA EX MAGNITVDIne, ſplendore, & forma Cometæ. CAP. XVI.

AD

Dqualitatem etiam effectuum referuntur quæcunque ex Cometæ magnitudine, splendore, & forma colliguntur accidentia. Quare, quia magnus erat, & splendidus, magnitudinem, claritatem, & vehementiam effectuum prænuntiauit. Formæ consideratio haud exiguam in præsagiendo vim habet. Quicunque enim forma gladij sunt (qualis ille, qui suprà Hierosolymam apparuit) depopulationes, destructiones, sanguinis effusiones, & mortes significant. Is tamen, qui nobis conspectus est, partim flagelli formam, partim buccinæ effigiem, videbatur præ se ferre. Ex quibus coniectari licebit, flagellum ingens mortalibus futurum: & tale quidē, quod, velut si buccina proferretur, per vniuersum resonet orbem. Quantitas effectuum in multitudine, magnitudine, & duratione consideratur. Multitudo, ex siderum multitudine, ad Cometæ generationem confluente, spectatur. Quare, cum in huius productione errantium ferè siderum, & multarum fixarum vires confluxerint, multigena omnium generum sunt effecta ventura: vnde, non solùm inter Principes, regiones, & regna, sed in consiliorum aulis, rebus

rebuspublicis, tribunalibus, congregationibus, & particularibus domibus, inopinatæ ſentientur diſcordiæ: præſertim inter Mercuriales, Martiales, & Iouiales homines. Quos oportebit animaduertere, quem domi nutriant, augeant, & foueãt. Quia Mercurius, in domo Iouis Cometæ parens, Eclipſis tempore combuſtus, & ſupra Solem eleuatus, eos, qui in principum domibus educantur, & ab eis muneribus, & honoribus extolluntur, Martis vi adiutus, ad proditiones excitat. Quare, verendum erit, ne princeps aliquis vir, dolens aliquando cõqueratur, dicens: Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Magnitudo verò, & claritas effectuum, ex ſupra dictis perſpicua eſt. Tertia quãtitatis pars, duratio ſcilicet, ex habitudine ad Solẽ, & Cometę duratione, venari poterit. Ptolemæus nãq; ſiue ſpertini fuerint (hoc eſt, quod Solem ſequãtur) diuturniorem effectuum durationem, quàm qui Solem antecedunt, ſignificare ait: & qui diù fulſerint, quàm qui breuius tempus micuerint. Noſtri autem temporis Cometes & diù, & veſpere fulſit, & in ſigno communi apparuit. Quare diuturna erunt effecta: nec tamen longiſsimæ diuturnitatis.

DE

¶DE COMETAE SIGNIFICA-tis ſecundum cœli domos. CAP. XVII.

Oca, in quibus hæc omnia euentura ſunt, videbantur optima methodo hoc loco tradenda: verùm, vt omnia priùs ſignificata, quàm locorum, in quibus ventura ſunt, portenta tradamus, in vltimum locum ea conſultò relegauimus. Ex ſupradictis diſcordiis, litibus, latrociniis, furoribus, altercationibus, & cædibus, quæ, ſecundum cœli domos, & ſigna, venturæ ſunt, debent pòſt regnorũ bella tradi. Et primó quidẽ, quia in ſeptima Cometes apparuit domo, quæ ſuapte natura ſignificat contentiones, contrarietates, inimicitias, bellum, & diſcordias, quod in ſingulis prouinciis, regnis, ciuitatibus, & domibus ſunt in vniuerſum futurę diſcordiæ annuit. Emendi & vendendi negotia infœliciter peragentur: latronum, agminatim confluentium, & ſcorſum furantium copia aderit. Aderunt contrarietates, & litigia, propter bona temporalia, coràm iudicibus multa: à domi norum, & parentum domibus fugient ſerui, (& interdum filij) quod habere poterunt reportantes. Et, quia, domum hanc ingreſſus, octauam apparitionis eiuſdem domum ingreſſus eſt, (cuius

2010 Ministerio de Cultura

domus ſignum Capricornus erat, quẽ Saturnus peragrabat, ſupra quem exaltatum fuiſſe Cometem diximus) multi morientur ſenes: & hi, ſuper quos Saturnus dominium habet. Qui verò ita robuſti, vegetiq; fuerint, vt nec apparatum morboſum, intùs deliteſcentem, habuerint, nec cœleſti influxui facilè ſuccubuerint, patientur quidẽ magis, aut minùs: ſecundum minorẽ materialis cauſæ apparatum, & maiorem reluctantis naturæ vim: quod inferius latiùs explicabitur. Nona verò, quę fidei, & religionis eſt, quæ diuina ſummi conditoris voluntate potiùs, quàm viribus humanis conſeruatur, & reualeſcit, illi ſuppliciter deprecamur, vt ne ſchiſmata, diſcordias, hæreſes, & deceptiones, inter catholicos, & religioſos, aut inter eos, qui fidem, aut religionem tuentur, ſua bonitate, diſſeminari, permittat: demeritaq; noſtra aliis ſuppliciorum generibus, & non religionis macula, puniri patiatur: erunt enim inter eos, qui Mahumeticam, aut alias á Chriſtiana religione ſectas, ſequuntur, religioſos ſchiſmata, hæreſes, & diſcordiæ. Quia nona domus infecta, & Mercurius promiſſor, talia indicare perhibent: idque in his potiſsimùm locis, quæ Cometæ huius effectis ſubiecta fore dicemus. Et, quia itinera eadem domus ſignificat, multa erunt in cis infortuniorum

2010 Ministerio de Cultura

niorũ ſupra dictorũ genera: velut cędes, captiuitates, & inimicorum, ac latronũ occurſus. Eadẽ infortuniorum genera erunt in aliis nonę domus ſignificatis. Decimam domum ſimiliter perambulauit, quæ imperia, dignitateſq; regias, magiſteria, &, ex mixta cum nona ſignificatione, prælaturas, & Eccleſiaſticos ad ſceptra prouehit. Quare in imperiis, & inter Imperia, Reges, & Regna, talia minantur cœlorum influxus, qualia de aliis ſignificationibus ſpeciatim enarrauimus. Eadem eſt habenda ratio de aliis decimæ domus ſignificationibus. Regum, & Principum ſubſtantiæ, durante Cometæ huius ſignificatione, diſſipabũtur: eruntq; parùm fideles amici: quia domum vndecimam, quæ Regum ſubſtantiam, & amicos ſignificat, Cometes ingreſſus eſt.

¶ QVOMODO FAMEM COMETA ſignificat. CAP. XVIII.

Significat præterea Mercurialis Cometa famẽ: Martialis verò, tonitrua, coruſcationes, & fulmina. Qua propter in pluuiã ſignificantibus cœli configurationibus, Marte, quouis aſpectu, Lunã intuẽte in Solis cõgreſſu, oppoſito, vel tetragono, tonitrua,

2010 Ministerio de Cultura

coruſcationes, & fulmina excitabit: impetuoſos ventos, & grandines procelloſas, tempeſtates, fluctuum ſublcuationes, nauium ſubuerſiones: intempeſtiuos aquarum curſus, ſubſtantiam terræ repẽtinis aquis potiùs deferentes, quàm in plantarum alimoniam ſuauiter irrigantes: indeq; arbores, & terræ naſcentia tineis, rubigine, & aliis Martialibus, Mercurialibuſq; morbis inficientes. Et non ſolùm his, verùm inæqualitate quadam non viſa temporis, modò ſiccitates, modò frigora, modò repentinas pluuias, modò ſubitos grandines, modò vrentiſsimos æſtus inferent. Ex quarum mutationum intemperata inæqualitate, veriſimile eſt, cerealia omnia aut teredinibus, aut tineis, aut locuſtis demoliri: aut grãdinibus dilapidari, aut ſiccitatibus, vel caloribus, ſeu alio intempeſtiuo exceſſu corrumpi, langueſcere, vel exſiccari: eorũq; ideò prouentum minorem ſolito fieri: famẽq; propterea oriri: & ob fructuum corruptionem, luctum peſtilentibus morbis proſterni. Corrumpuntur enim, durante Cometæ ſignificatione, fructus: carioſiq; venales plateis apportabuntur. Vnde fiet, vt plantis, & herbis, corruptione hac infectis, corrupta præbeant animantibus paſcua: & inde morbi in animalibus oriantur: & peſtilẽs inter eos graſſetur contagio. Vnde cladem animalium

2010 Ministerio de Cultura

lium prædicimus futurã minorũ: velut sunt oues, & capræ: quia signũ Capricorni Cometa totum peragrauit, ibiq; Saturno infectionẽ dedit, & ab eo recepit: quanquàm minuit malitiã receptio, & situs in propria domo. Et, ob Martis exuperãtem vim in fructuũ corruptione, abortient vtero gerẽtia: non solùm animalia, sed & rationales fœminæ: præsertim quæ tuberibus, fungis, & herbis victitabũtur: Nec solùm his, sed & omnibus sanitatis studiosis hoc cõmune præceptũ statuimus: vt carnibus vescantur: à tuberibus præsertim, & fungis, fructibus, & herbis abstineãt, & his omnibus, quorũ natura aptior est ad corruptionẽ. Primũ enim, ac magis, infectio quæ corruptioni suscipiendæ aptiora sunt, absque renitẽtia corrũpit. Eiusmodi quidẽ perhibẽtur, primùm fungi: deinde tubera: pòst ex fructibus, qui orei Græcis, fugaces Latinis vocãtur: velut sunt mora, persica, melones, cucumeres, cucurbitę, pruna, cęrasa, & alij huiusmodi, molli carne prædititi: deinde ex herbis, teneriores similiter, ac molliores: postremùm alij fructus omnibus duriores. Vltimò verò, & omnium minùs, inficiuntur animalia: quorum natura conatur perpetuò virulentã, ac viscosam alimentorũ partẽ ad cutim, vel alia loca pellere: benignã verò, ac familiarẽ, in nutrimẽti vsum retinere: vndefiet, vt

2010 Ministerio de Cultura

multa his ſequẽtibus annis ſint in quadrupedibus (præſertim minoribus) variolæ contagio, & aliæ infectiones cutis. Verùm, cũ omnis infectio quô ab origine longior fiat, cò debilior, ac minùs efficax euadat, & quæ eſt in animalibus longiùs differat ab infectionis natura, & noſtræ propinquior ſit, erunt certè commodiora noſtræ cõſeruationi, ac ſaluti, alimẽta. Animalia tamẽ morbo aliquo correpta, aut ſua ſponte demortua, nullus, me cõſulẽte, comedat. Prædicimus ſimiliter, maiorum cladem ammalium, & iumentorum: quia Comętes in vltima Sagittarij parte, vt diximus, ortus, in Pegaſi pectus extinctus eſt. Quæ quidem omnia maximę famis futuræ exiſtunt indicia: fructibus nimirùm corruptis, & animalibus victui neceſſarijs de mortuis.

¶ QVOD PESTEM, ET ALIOS *morbos prænunciet.* CAP. XIX.

VT noſtrã prętereá iudicandi Cometas methodũ ſequamur, ſignificãt tertiò Martiales, & Mercuriales ægritudines: quales ſũt phrenelis, mania, catoche, catarrhi peſtilẽtes, tuſſes, catalepſis, deliria, ſopores, & alij ciuſmodi capitis morbi. Deindè Martiales: cuius generis ſunt acutiſsimi quiq; inde cauſones,

Catarrhi ciuſmodi præcipuè fæuiẽt póſt coniunctiones, oppoſitiones, &

sones, crysipelata, sanguinis fluxus, cholera morbus, dysenteria, aborsus, & aliæ huiusmodi Martiales ægritudines. Iouiales deindè venient, Mercurialibus, & Martialibus permixtæ: quales sunt, febres continentes, & harũ exãthemata, hectimata papulæ, quæ ab Arabũ interpretibus variolæ, morbilli, & blaciæ vocantur: horum enim omnium ęgritudinum fiet in febribus pestilentibus venturis inconstans, & inordinata confusio. Quæ, quia plus nostri iuris habent, quám alia Cometarum significata, fusiùs, & distinctiùs erũt hoc loco tradenda.

tetragonos superiorũ: & post catarrhos, pleuritides & alia malignarum ęgritudinũ genera.

DE PESTIS CAVSIS SYMptomatibus, sympromatumq; causis. CAP. XX.

QVandoquidem igitur pestem futurã prædicimus, naturales pestis futuræ causas, quasque nationes hæc omnia minentur, sigillatim scribẽtes, distinguem⁹. Et pestis (vt à diffinitione ordiamur) febris, magna ex parte, affectus est: qui magis qualitate venenata, quàm caloris mordacitate, corpus afficit, & cor fatigat. Quare febrilẽ magna ex parte, & nõ absolutè, vocauerim, alibi est à me, prima permittente causa, demõstrandũ. Morborum pestilen-

Lib.1. Epidimion. comest.1.

pestilentium causæ, partim à victu, partim à spiritu, cuius attractione viuimus (testante Galeno) veniunt: alimenta, futurum esse vt corrupta assumãtur, superiùs demonstratum est: quia (vt Lucretij, superiùs tradita, carmina repetam) cò, quòd meliùs, & elegantiùs, alio elocutionis genere dicere me posse non arbitror.

Sic, tempestiuis ex imbribus, humida tellus,
Vertit se primùm in frondes: & pabula læta
In pecudes vertunt: pecudes in corpora nostra.

Et sic, successione quadam, ex prima elementorũ corruptela, corrumpuntur terræ nascentia: ab illis animalia, & omniũ generũ alimenta: nostra deinde corpora à corruptis alimentis emergũt depravata. Nec solo eo infectionis genere, quod alimentis fit, inficiũtur: verùm ab his deprauatur successiuè temperamentũ, ab eo ratiocinij organa: & ab his, quibus rigidus rationis satellex vehementissimè non reluctatur, corrumpũtur deinde mores: hisq; corruptis, facilè titillationẽ propẽsionis, aut (vt ita dicam) inclinationes sequuntur effrenes homines: vnde vitæ accedit intemperantia in libidinibus, crapula, ebrietatibus, & omni gulæ placẽdi genere: ex quibus fient homines pestilẽtibus morbis aptissimi: erũtq; in eos labi paratissimi. In hac patiendi aptitudine mortalibus positis, accedit

aeris

aeris corruptelam: quẽ (velimus, nolimus) aspirare cogimur. Quę quidem (Galeno testante) morborum populariter grassantiũ causa esse solet. Quæ causæ cœlestes aerem infecerint, iam ex superioribus didicisti: inferiores verò aeris corruptionem adiuuabũt, propterea, quòd multis in locis generabitur multitudo muscarum, culicum, murium, & aliorum animalium ex his, quę à putrefactione generationis habent originem. Quę quidem, etiã si in eum vsum facta fuerint a natura, vt, quæ aerem alioqui infectura erãt, putrefactionis fomenta, vel scaturigines, in hæc conuersa, mitioris corruptionis sint causæ: cum tamen corruptelam habeãt genitricẽ, filijsq; corruptionis sint, ipsa etiam corruptionem adiuuabunt: suntq; certissima putredinis, & corruptionis indicia. Ex quibus, & eorum progenitrice corruptione, his tẽporibus est verisimile aerem corruptum iri, quem (velimus, nolimus) inspirare cogimur: ex quo, & tenuiori sanguinis parte, spiritus fit vitalis. Si igitur, humoribus, & tenuiori huic parti sanguinis, per corrupta alimenta deprauatis, aer occurrit, seq; illis permiscet infectus, facilè est intelligere, animãtium corpora minimo negocio posse contaminari, & huic vniuersali causæ succumbere: & inde pestes, populares, communes, & contagiosos morbos

Lib. 1. Epidimion. comment. 1.

oriri: præsertim eos, qui, spiritum vitalem aeris inspiratione insficientes, totam nostrã substantiam totius substantiæ desidio inclementer oppugnẽt: qui & pestes, & pestilentes morbi, (fortè a pustulis, quas per ægrotantium cutim disseminant) vocantur. Hos pestilentes antecedunt morbos symptomata quædam, alia comitantur: alia quædam sequuntur: magna antecedit interdiũ virium prostratio, squalida lassitudo, & membrorum confractio: quam exigua, ac velut sepulta, subsequetur febris, cum exiguo, ac inæquali pulsu, extremorumq; frigiditate: Medicos, suo miti accidentium aduentu, decipiens. Antecedit interdum humorum propria, vel impropria turgentia: nausea, vomitus: &, incertam corporis partẽ aggredientes, dolores: quos pestilẽs similiter sequitur febris. Interdũ accedit, sine vllo horã accidentiũ, subitò, ex tetro, & repentino odore, exercitij, excessu, cibo, potu, Venere, aut alia repentina causa. Accidẽtia, quę magna ex parte febrẽ comitãtur, sunt, cordis tremor, palpitatio, ciusdẽ dolor, animi deiectio, virium prostratio, extremarum partium liuor, & frigus, pustularũ, exuperantis humoris colorẽ sequentiũ, per totũ corpus disseminatio, intolerabilis in noctibus inquietudo, molestia, & omniũ accidentiũ incrementũ, incertus partium tremor, & pulsa-

pulsatio, calor interiùs vrentissimus, exteriùs verò quietus, & mitis, vrodoq; talis, vt ægrotantes nihil, præter omnimodam nuditatẽ, ferre possint: quorũ multi in aquas sponte ruent, nec vllo aquę potu saturabuntur. Eucnichis vigilię importunæ, deliria, præsertim in noctibus, phrenetis, gutturis exiccationes: & interdum vigilantes sopores, & sopores aliquando sine vigilijs infestabunt. Similiter dysenteriæ pestilentes, medicamentis vix (imo ne vix quidem) cedentes. Accidẽtia, quæ pestilentes has febres sequuntur, sunt, sensuum in conualescentibus hebetudo: vt visus hallucinatio, audiendi difficultas, gustus deprauatio, ratiocinij, & memoriæ nugatio, membrorum lãguor, & tremor. Horum omnium symptematum vniuersalis causa erit, venenata qualitas. Quæ, quia Iouem habuit in sua productione (vt diximus) adiutorem, Martem verò, & Mercurium, absolutos effectores, sub mitium, louialium q; accidentium coopertura, sæuissimę, immanes, mortiferæque orientur febres. Quare, fortunatos eos ægrotantes existimabimus, qui, Medicos ab initio doctos nacti, corporis, & animi remedis, morbi vehemẽtiam, præueniẽtes, abscinderint. Principiis enim, vt Pocta ait, obstandum est: sero namq; medicina paratur, cùm mala per longas cõualuere moras.

Si quis

Si quis igitur sapit, is statim ab initio, febre non existente magna, ipsa remedia tentet. Dixi in vniuersum symptomatum horum causas: quia magis particulares medico, cui hæc debent esse curę, considerandas fore arbitramur. Verùm, quia quomodo cor venenum petat; &, occursu tàm subitò, vires prosternat, & corpus pustulis totum inspergat, non admodum facilè est intelligere, idcò breuî hoc loco à me tradetur.

¶ QVOMODO PVSTVLAE, QVAE *Tauardillo Hispanis vulgò dicuntur, fiant.*

CAPVT. XXI.

INfectiones omnes pestilentes, & venenatas totius substantiæ desidio, totam nostram substantiam demoliri ità perspicuum, & receptum à Philosophis est, vt demonstratione alia non indigeat. Hæc autem nostra substantia in spiritu humido primogenco, natiuòue calore consistit. Quiquidẽ calor diuinus est: vt Hippocrates testatur libro de carnibus, & ab elementari longè distat, vt Aristoteles libris de generatione animalium demonstrauit. Hôc vita fruimur: ab eo omnes actiones peraguntur: huius fons, origo, sedes, & domici-

Lib. 2. ca. 5.

domicilium in corde est: & ab eo per arterias & in vniuersum corpus dissem̃inatio, & scaturigo. Si in corde eius sedes est, in eo totius nostræ substantiæ sedes existit: venena, venenosíq; morbi totius substãtiæ desidio aduersi illi certè erunt. Hoc naturali desidio arcem, in qua ipse residet natura liter expugnabunt: & ita, hausto inspiratione, aut transpiratione, aere venenato, cum ex ipso (vt dimus) & tenuiori sanguinis parte spiritus vitalis fiat, quo humidum primogenium fouetur, ac irrigatur, veniente in eo qualitate venenata, nostri substãtiam aggreditur. Quæ, vt diximus, in humido primogenio consistit. Ipsa autem, hostis occursum multis reluctata modis, conatur pro viribus expellere: venenum, vice versa, ipsam debellare: ex qua lucta, & sæuissima cõcertatione, oriuntur in morbis venenosis tot sæua accidentia, tot ferocissima symptomatum genera, totq; subitaneæ mortis discrimina. Quod si natura venenum superare quodammodo potest, illud ad emunctoria, cutim, & tandem debiles, & extremas totius corporis partes, expellit. Vnde bubones, carbunculi, & exanthemata oriuntur. Quia tamen, quo modo exanthemata, quæ vulgo *Tauardillo* dicuntur, fiant, & alia eiusmodi, nondum apud quenquam legisse memini, admodum alienum

2010 Ministerio de Cultura

num à disputatione id nunc explicare non erit.
Lib.5, methodi.c.12. Galenus, causam materialem earum describens, reliquias esse ait sanguinis, qui in febri putruerat: quas, veluti cinerem quempiam, ad cutim trudit natura: verùm quo conatu, aut modo, nõ explicauit. Venenũ namq; pestiferum illud, quod morbũ pestilentem creat, qualitatem esse, nullus est qui ambigat. Qualitates verò, sicut & alia accidẽtia omnia, necesse est subiecto alicui inhærere: subiectã autẽ huius, in humano corpore, animalis spiritus est: idq; eo, quo dixim⁹, modo: propterea enim quòd ex tenuiori sanguinis parte, & aere inspirato fit primùm affici est habile: à quo paulò post coafficiuntur humores, & reliqua, quę in corpore humano & continentur, & sunt. Ab hoc vitali spiritu venenata qualitas, cor statim aggreditur: illud verò animosum, & reluctari habile viscus existens, venenum à se cum eodem vitali spiritu trudit: idq; per cutis spiracula means, proprio subiecto ad epidermidem vsq; delata, eius coloris imprimit vestigia, cuius erat tenuior illa sanguinis pars, ex qua confectus fuerat spiritus ille vitalis, qui venenum ad cutim deferebat. Quare, bile maximè redundante flaua, melancholico humore, atra pituita, albicãtia sanguine rubra in cute apparẽt exãthemata: crassiore, variolę: tenuiori morbilli

2010 Ministerio de Cultura

billi: ex tenuissima autẽ, exãthemata illa, *Tauardillo* vulgò vocata, oriũtur. Fatemur tamen, tenuioribus existẽtibus humoribus, spirituũq; materia tenuiori, per tenuiora subiecta venenositate discurrẽte, grauiora, & horribiliora fieri symptomata. Hic est igitur modus, quo pestilentiũ febriũ exanthemata fiunt: quod quidem facilè intelliget, qui eos, qui casu quodã arsenicũ sublimatũ, aut venenũ aliud ex his, quę frigida nõ sunt, hauserũt, contẽplarit. Quod mihi pluries obseruatũ est: & his, proximè præteritis, diebus in muliere, cuius filia in hortulo sub dio aquã fucatoriã, sublimato cõfectã, in ampulla inter plãtas recõditã habebat: ex qua, sublimati ignara, haustum bibit materiã quo anxietates, cordis tremor, & alia, quæ veneni cali di potionẽ solent comitari, symptomata, affatim adfuere: quæ me statim accersiri iussit: negociisq; certior factus, vomitu olei violati, & copiosissimo lactis potu, confestim accidentiũ sæuitas quieuit. Verùm die postera, pustulis exiguis supereminentibus, & albicantibus, totũ corpus scatuit. quę, in furfures resolutę, sua statim spõte fidue rũt. Hoc exẽplo, & rationibus supra dictis, perspicuũ fore arbitror, modũ, quo exãthemata, vulgò *Tauardillo* vocata, fiunt. Quæ etiam si ad excretionem morborum, vt Galenus ait, non satis sint,

Lib. 1. Epidimion.

veneni

veneni parte ad cutim expulsa, maximũ sentiunt ægrotantes præsidium. Quam natura aggressa, si, ab ea superata, non potest ad cutim pellere, natu-
Ibidem. ra, vt idem Galenus ait, permittit ad profundum recurrere, & papulæ eiusmodi euanescunt: pessimaque veneni, ad cor recurrẽtis, sequuntur symptomata. Quod quidem in alio, huius materię proprio, opere (Deo duce) latiùs explicabitur. Nunc autẽ, sat sit generalia hæc, velut aliud agentem, interiecisse. Et hucusq; de pestis prędictione, de eius accidentibus, accidentiumq; causis, dictũ sit.

¶QVOD REGVM, ET PRINCIpum virorum, mortes significent Cometæ.

CAPVT. XXII.

IGnificant prętercà Cometę Regum, Reginarum, nobiliumq; virorum mortes. Nam præter ea, quæ superiùs libro. 2. ex diui Ioãnis Damasceni, & aliorum placitis, tradidimus vndecim signis, cùm apparuit, distabat à Sole: & in angulo Occidẽtis visus primùm est: quod idẽ et Ptolemęi sententia confirmat: ex quibus tumet significata colligę

Aphoriſmo.100.

lige. Verùm, quanquàm, hęc ſcribentibus, nuntiatum nobis fuerit, ſereniſsimam Portugalliæ Reginam interiſſe, ad tantum prodigium non ſatis eſſe arbitramur. Catholicos noſtros Caſtellæ Reges, minùs certè minatur: cum nec regioni huic perpendicularis fuerit, nec illegi alium aliquem locorum habeant in Sagittario: non tamen idcò non minatur. Portugalliæ ſęculares & Eccleſiaſticos Principes magis minatur, quàm Hiſpanos alios.

¶ QVAS REGIONES, ET LOCA minetur Cometes. CAP. XXIII.

IOca, quibus Cometa minetur fame, peſte, bello, Regum, Principumque deceſsibus, ſunt, primùm ea, quibus verticalem extitiſſe cõperimus: qualia ſunt quæ inter tropicos reperiuntur. His enim infauſtiſsimus erit: eiſq; enarrata mala naturaliter euenient. Totam pariter Aphricam, vſq; ad Mauritaniæ confines minatur. Quare, ſi qui infortunati ſunt Reges, & regna, fortunatis naturaliter ſuccumbent. Succumberet certè Hiſpania Aphricæ (quod Deus auertat) minori, quàm aliàs, negocio, atque conatu: maximè quia, ſidere in Sagittarij

M ligno

2010 Ministerio de Cultura

ſigno nato, & ad alia tria ſigna delato, Hiſpanos, quibus Sagittarij ſignum præeſt, videtur aduerſus alias nationes vocare: &, quia Africam primùm videbatur ſpectare ſideris cauda, & ad Orientalẽ Africæ partem longitudinis motu mouebatur, aduerſus Afros videtur Hiſpanos vocare. Deinde aduerſus Orientales: inter quos rebelliones futuras, amicis quibuſdam prædiximus: qui idem poſtea, in Calabriæ tractu rebellionem incepiſſe, nobis retulerunt. Vocat præterea Hiſpanos eoſdem, caudæ, & latitudinis motu, aduerſus Septentrionales: qui quidem, quia Cometa, eos cauda minãte, extinctus eſt, hi quidem, aut ſuccumbent ominò, aut prorſus extinguentur. Minatur præterea AEgyptum, Troglodytarumq; regionem: Arabiam fœlicem: regnũ Narſinganũ, vſq; ad Gãgẽ, & Orientales, atq; Occidẽtales Indię regiones: vt Hiſpaniam nouam, Perû, Chili: & tandẽ quęcũq; inter tropicos includuntur regna: Hiſpanos verò, Gallos, Italos, & quoſcunq; extrà tropicos ſunt, tantùm à latere reſpicit: quorum mala mitiora multò erunt, quám ea, quæ his, qui intra tropicos ſunt, aduenient. Quod enim illis erit fœuiſsima peſtis, nobis tantùm peſtilens morbus erit. Et ità de alijs ſignificationib⁹ belli, & famis. Vbiq; principum interitum minatur. Ex his omnibus, quæ præcipuè

2010 Ministerio de Cultura

præcipuè patientur, regiones sunt quę vltimę parti Sagittarij, Capricorno, Aquario, & primæ parti Piscium subiectæ sunt: eo scilicet, quo diximus, dè verticalis, & lateralis significationis, modo. Quas nunc regiones, & oppida, singillatim recèsere superuacaneum, & longum esset: quãdoquidem copiosam tertio libro, ex omnium grauissimorum autorum sententia, tabulam tibi depictã damus.

¶ QVADRVPLICI MODO SVPE-riores causas in hæc inferiora agere. CAP. XXIIII.

